⁶⁴ Pit, pit cadeum [sic] est, et vox qu[a]e invitat gallina ad pitandum, id est beccandum granum, nam pito[n] bechus d[ice]r[e]. (Pit, pit, is Chaldean and is an expression to invite the hen to peck, to peck grain that is, for they call a "piton" a pecker.) Note: play on word *bechus* which means both beak and male goat, used also as penis and cuckold; note precision of adding a direct object, "to peck grain," because *beccare*, to peck, was also used for to have intercourse, see Toscan, p. 1549. The last clause is not included in the 1692 edition.

410 Quis massarias nettas faceretque politas?

{T Book 4 p. 68; Port. 1.135}

411 Quis tandem spulicare quiret damattina camisam?

412 Desine iam, Tognazze, precor, damnare puellas,

413 Nam postquam coniux tua Bertolina morivit,

414 Non est qui teneat te bellum, teque galantum.

Tognazzus.

415 Tunc de calcagnis suspirum grande cavavit

416 Tognazzus, dicens, cordoium, Berta, dedisti,

417 Quum Bertolinam memorasti. o scanna corada,

418 Omnes plus tostum voluissem perdere vaccas,

419 Quam Bertolinam, tamen excipiendo Bonelam.⁶⁵

420 Sunt iam quinque anni, passarunt forsitan et sex,

421 Quod Bertolinam sposavi mense novembris.

422 Ayme, suos poterit quis nam laudare parentos,⁶⁶

423 Qui sunt de primis habitant in valle casadis,

424 Sunt bene staghenti, multum bestiamen habentes,⁶⁷

425 Quo valeant plures terrae sboazzare biolcas.

426 Illa suo sensu tam naturale tenebat,⁶⁸

427 Quod centum vaccas hora beberasset in una.

428 Haec quoque bella fuit, sicut iam, Berta, provasti,

429 Cui pirontus erat vertex, aliquando coputus,

430 Nasus distesus, rampini more, colabat.⁶⁹

431 Nec sua stricta fuit nimium bochina, quod ipsa

432 Quando gregnabat, geminas toccabat orecchias.

433 Quam pulcros oculos habuit sua testa ficatos.

434 Alter gazolus, niger alter, sguerzus uterque.

435 Quos inficatos mihi quando tenebat adossum,

⁶⁵ Laudes Bertolinae uxoris Tognazzi. (Praise of Bertolina, Tognazzo's wife.) Note: the irony, for the text says he preferred his wife about all his cows, except Bonella.

⁶⁶ Laudat a nobilitate. (He praises [her] on account of her birth.)

⁶⁷ Bestiamen, trisalabum [sic]. Laudat divitiis. (Animal, three syllables. He praises [her] on account of her wealth.)

⁶⁸ Laudat ab ingenio. Naturale pro naturale. (He praises [her] on account of her good sense. "Matural" is for natural.)

⁶⁹ Lauda a forma. (Praise on account of [her] beauty.) Note: for *pirontus* Tonna has pear, and for *coputus*, having the form of a *coppo* – so, roof tile, or jug.

436 Non bene cernebam, si me guardaret, an altrum.
 437 Quantum docta fuit grossos componere gnoccos,⁷⁰
 438 Tortas, tortellos maccum, muliebre polenta.⁷¹
 439 Non discordabor, donec mea vita manebit,
 440 Splendentem manuum pellem, digitosque politos,
 441 Absque orecchino nettare valebat orecchias,⁷²
 442 Longis namque ungis fecisset pectina corni.
 443 At si narrarem totum, nimis esset affannus.
 444 Quando ricordor eam, me me disnembolo totum.⁷³
 445 Tantos costumos habuit, quod quisque stupebat,

{T Book 4 p. 68v; Port. 1.136}

446 Deque suis membris stranium mittebat odorem.

Cingar.

447 Cingar vix simulat crepanti pectore risum.
 448 Est verum dixit, quod talem perdere femnam,
 449 Deberes ungis propriis graffiare mascellas,
 450 Nam tua tota domus vadit sottosora, quod illa
 451 Instrumentorum fuit una magistra tuorum.
 452 Sed moruit, quid nam magis ultra flere bisognat?
 453 Summe aliam, quae te scaldet, Tognazze, morosum [sic].
 454 Ne dubita, quoniam contato stamus in isto,
 455 Quo genus asbaccum bestiaminis huius habetur.⁷⁴
 456 Sic dicens, nutat Bertae, discedat ab illis,
 457 Ut cum Tognazzo restaret solus ibidem.
 458 Berta recognoscens orditam Cingare tramam,
 459 Discedit, Baldique gemit fera fata mariti.

Conclusio.

⁷⁰ Laudat a doctrina. (He praises [her] on account of her learning.)

⁷¹ Doctrinalis hoc dimidium carmen surripuit. (He stole this half verse from the *Doctrinalis*.)*

⁷² Orecchiino, auriscalpio. (Ear probe, ear pick.)

⁷³ Disnembolo, sine nembolo maneo. (I get discombobulated, I remain without a spine.) Note: *nembolo* is akin to *lombo*, loin.

⁷⁴ Asbaccum, abundanter et superflue. (In great amounts, abundantly, superfluously.) Note: *Zaggia*, *a sbac* or *a sbacco*, Northern dialect.

460 lamque, Comina, sede, ius est dare membra riposo,
 461 Stridentem iam linque pivam, mox carpe fiascum.

Phantasiae Macaronices Quarta finit.

Book 5

Magister Acquarii argumentum in
 phantasiae Macaronicen quintam.

1 Barba Tognazzus habet annos octanta galosus
 2 Bertae quae Baldi est uxor amore brusat.
 3 Se quoque non mancum peramari credit ab illa,
 4 Dans quia matanam Cingar osellat eum.
 5 Turba vilaniace gentis furiosa sub ulmo,
 6 Ballat, et hic Cingar Bertaque levis adest,
 7 Dum strepitat pifari, pulvis volat, ecce Tognazzus
 8 Illuc, nam Bertam sentit adesse venit.
 9 Cingaris ad monitu dum secum danciat, illa
 10 Dispoiat, manicam iussa tirare, senem.
 11 Omnibus iste patet nudus, sbeffatur et inde
 12 Se rapit atque suus perditur omnis honor.
 13 Se vendicandi causa Zambellus, et uxor

{T Book 5 p. 69; Port. 1.139}

14 Laena simul Bertae stercorat ante fores.
 15 Stercora scaltritus merdacea Cingar adunat
 16 In mellis formam quae speciarus emit.

Merlini Cocaii Poetae mantuani
 phantasiae macaronice Quinta

Parenthesis.

1 Maxima nostrorum sedeat sapientia patrum,
 2 Et mihi, sim quamvis adolescens, drizzet orecchias,¹

¹ Hic poeta non in persona sua quia senex erat sed cuiuscumque iuvenis loquitur.
 (Here the poet speaks not in his own person, since he was old, but as some sort of youth.)

3 Nec dedignetur teneras audire parolas.
 4 Sunt quidam fatui, storti, vecchique crevati
 5 (Maiorem excipio partem, nam pars minor isti)
 6 Qui totam soli reputant mangiasse Minervam,
 7 Quod sua calva ferat cinerosos testa capillos,
 8 Quodve repraesentent rapefacta fronte saperum,
 9 Ac si canutis stet virtus sola capillis.
 10 Rodere non unquam praesentia tempora cessant,
 11 Sive magistratum iuvenes curare sbaiaffant,
 12 Et per inespertos pueros tractantur honores,
 13 Sive quod inculti sunt moribus ac inhonesti,
 14 Respectum nec habent sanctis senioribus ullum,
 15 It tamen invidia procedit, namque galosi,
 16 Sive mufolenti bellam ammisere iuventam.
 17 Forma suum corpus non amplius ulla galantat,²
 18 Aurea suscepit grisum caviata colorem.
 19 Marcescunt dentes, auditum perdit orecchia,
 20 Gutta cadit naso, facies crispata rigescit,
 21 Deque povinatis oculis faex putrida manat.
 22 Pallor inest vultu, maciesque per ora notescit,
 23 Quod calor intus abest, quod frigent ossa, quod humor
 24 Vividus interiit, nec habent iam membra vigorem.
 25 Antiquas memorant festas, teneramque iuventam,
 26 Quando stringati rectis cum passibus ibant,
 27 Quando stringebant agiles sperone poledros,
 28 Quando fracassabant giostranti pectore lanzas,

{T Book 5 p. 69v; Port. 1.140}

29 Quando cupidinea ducebant mente choreas,
 30 Quando vaghezabant plures hinc inde morosas.
 31 Haec eadem memorando senes livore tabescunt,
 32 Extorquent facilem dictis factisque iuventam.
 33 Insidiantur ei, cum mangiant, toxica mangiant,
 34 Invidia quoniam foetent, morsique remordent.
 35 Insuper obiurgant quod amat lasciva iuventus,
 36 Quodve puellares in amores tempora perdit.
 37 Hi tamen annorum calcati pondere centum,
 38 Gobbati, sguerci, ranci, cornuque sonantes,
 39 Uxorem ducunt, non quam premat aethica tussis,

² Galantat, ornat. (Adorns, decorates.)

40 Sed frescam, solidam, vel quae, si saecla perirent,
 41 Sola restituerat nostram, bona socida, prolem.³
 42 At cito capreolos gignit sua vitis, et haedos
 43 Efficit, ut gladiis non grata manubria desint.

Mafelina.

44 Cingar, amicitiam Baldi super omnia gratam
 45 Namque tenet, cunctas disponit mittere forzas,
 46 Sollicitumque animum, propriam sed denique vitam,
 47 Qualiter absolvat de stento carceris illum.
 48 Fingit amicari, vulpina fronte, Tognazzo,
 49 Deque suo Baldo mala plurima dicere coepit,
 50 Quod ladronus erat, quod fur, quod furca, quod omni
 51 Peccato plenus, quod mortes mille merebat.
 52 Inde susurranti parlabat talia secum,
 53 Est mihi secretum tibi quod, mi barba Tognazze,
 54 Dicam, sed tecum teneas, nullique paleses.
 55 Dic, Tognazzus ait, tibi iuro dicere nunquam.
 56 Cingar suspirans dixit, male quippe libenter amato
 57 O[ff]icium perago tabachini.⁴
 58 Attamen, haec quoniam fieri iustissima possunt,
 59 (Quando quidem moriat Baldus) desistere nolo.
 60 Berta tuum (dicam?) suspirat propter amorem,
 61 Penseris mihi saepe suo de pectore sborrat.
 62 Non tantos crevellus habet certissime busos,
 63 Quantos illa suo fert aggiadiata magono.⁵

{T Book 5 p. 70; Port. 1.142}

64 Semper te clamat, semper te bramam amantem,
 65 Semper flet, luget, suspirat, pectora pugnibus
 66 Martellat, dubitatque suum te spernere vultum.
 67 O formose, gridat, cur non, formose Tognazze,
 68 Scis quod amo nimium te, mi formose Tognazze?
 69 Nec dormire valens, noctu te pensat in omni,

³ Socida, mandra. (Flock, herd.)

⁴ Tabachinus, est mediator nuntius amantium. (A go-between is a mediator, a messenger between lovers.)

⁵ Agiadiatum dicimus qui nimio dolore plorare nequit. (We call anguished someone who is unable to cry on account of excessive pain.)

70 Cuius multiplicat cum tantis passio dois,
 71 Quod tu giurares illam sborrare fiatum.⁶
 72 Illam saepe quidem volui distollere tantis
 73 De poenis, reperi semper fecisse nientum,
 74 Immo foco potius iungebam ligna brusanti.
 75 Quapropter de parte sua tibi porto novellam,
 76 Aut imbassatam, si vis suus esse morosus,
 77 Mox, Baldo extincto, si vis suus esse maritus.

Comina.

78 Istam Cingar aquam pedibus dat barba Tognazzi,
 79 Ut mattus senior plus altus crescere posset.
 80 Nec penses, quod tunc in beccum rideat illi,⁷
 81 Sed tales Cingar despiciat ab ore parolas,
 82 Quod centos *Credo* credisset allora Tognazzus.⁸

Comparationes.

83 Quali prestezza tordus se in rete viluppat,
 84 Aut ad porrectum trat rana gulosa boconem,
 85 Parva vel in tenuem trapolat se musca ragnadam,⁹
 86 Sic modo Tognazzus Bertae veschiatur amore.
 87 Incipit alquantum curvam distendere gobbam,
 88 Et digitis boccam totam forbire bavosam.
 89 Mox abbrazzato geminis ter Cingare brazzis,
 90 Esse potest, inquit, quod me mea Berta morosum
 91 Optat? contentor, contentor mille fiatas.¹⁰
 92 Illa paragonem de me si fecerit ullum,
 93 Impresonatum laetabitur esse maritum,
 94 Et centum mortes in Baldo trahit ognhoram.

⁶ Giuro scribitur toscaniter. Zuro macaroniter. Iuro latiniter. (I swear: in Tuscan, *giuro*; Macaronically, *zuro*, in Latin, *iuro*.)

⁷ In beccum, in praesentiam. (To his mug, in his presence.)

⁸ Credo qui cantatur in ecclesiam. (The *Credo* which is recited in church.)

⁹ Dixit parva musca, nam magna quae tavanus dicitur frangere rete. (He means a small fly for a large one, which is called a horse fly, would break the web.) [1692 has *frangeret* for *frangere*.]

¹⁰ Longus sermo Tognazzi in quo diversimo se laudat et primum de forma corporis. (A long speech by Tognazzo in which he praises himself variously and above all his bodily shape.)

95 Nec susum penset quod sim gobbusque, macerque,¹¹
 96 Et mea quod centum facies rapefacta det annos,
 97 Forza datur iuveni, vecchiorum gratior ars est.

{T Book 5 p.70v; Port. 1.143}

98 Hoc in contato nullus me ricchior extat.¹²
 99 Sunt mihi terrarum grassarum quinque biolchae,¹³
 100 De quibus ognanno multum guadagno ricoltum.
 101 Est mea grassa, inquam, possessio, totaque vallis,
 102 Vallis, non per quam ranacea turba coaxet,
 103 Non qua zenzalae corrupto ex aere nascant,
 104 Ac omni sero cantent, dicendo cosinum,
 105 Villanas figant et acuto cuspide gambas,
 106 Ut facit in media Pomposia ficca lavacchio.¹⁴
 107 Ast ibi vina quidem avantagiata recoio,
 108 Dulcia, garba, rubras facientia denique galtas.¹⁵
 109 Quid valet ad nostrum vinum vernazzia Voltae?¹⁶
 110 Aut ea qua tantum bressana Celatica bravat?
 111 Extollunt alii colles, vallesque Romagnae,¹⁷
 112 Dant alii vantum Benaci circa Riveram,
 113 A Napolitanis laudatur terra laboris,¹⁸
 114 A Zenovisanis sua littora plena cedronis,
 115 Nostra sed avanzat cunctas possessio, Cingar.
 116 Vaccas tres habeo, Cervamque, Rosamque, Bonelam
 117 Quarum nunc unam tauro succumbere feci
 118 Quae faciunt multas mascherpas atque cagiadas,
 119 Et sua quatrinos cumulat mihi socida plures.
 120 Non mihi de paia domus est, non de melegazzis,¹⁹

¹¹ Pensare susum, subtiliter vestigare. (To think on, to investigate with subtlety.)

¹² De divitiis. (On wealth.)

¹³ Biolca mantuanice. Tornitura Romagnice. Pious bressanice. Moza ferariace. (Acre, Mantuan, [three variations on linear agrarian measurement] from Romagna, Brescia, Ferrara.)*

¹⁴ Pomposia vallis. (The valley Pomposia.)* Note: is this Pomposa, known for its Benedictine abbey?

¹⁵ Galta, maxilla. (Jowls, jawbones.)

¹⁶ Volta et Celatica. (Volta and Cellatica.) Note: locales famous for wines.

¹⁷ Romagna. Benacus. (Romagna, Benaco/Lago di Garda.)

¹⁸ Terra laboris. (Terra di Lavoro.) Note: famous vineyard close to Naples.

¹⁹ Melegazzus harundo meleghe. (Sorghum-cane, with reeds of sorghum.)

121 De coctis immo tota est fabricata matonis.²⁰
 122 Tecta covertantur centum quadragintaque cuppis.
 123 Quicquid zappandi, vel quicquid in arte coquinae
 124 Esse potest, habeo, vandas, rastilia, zappas,
 125 Marazzos, risigas, ficcos in aratra gumeros,
 126 Inde segursellos, manarinos, inde badiles,
 127 Cum quibus et soleo zocchos schiappare segures,²¹
 128 Tenaías, chiodos, trivilinos atque trivellas,
 129 Ferraque segandi, gramolam, misamque farinae,
 130 Buratos, descos, sedacia, mille pignattas,
 131 Quas narrando tibi facerem fastidia, Cingar.
 132 Haec ad comandum nostrae sunt omnia Bertae.
 133 Doctor aratoria cunctis sum dictus in arte,²²

{T Book 5 p. 71; Port. 1.144}

134 Doctor et a stalla grassum portare ledamum.
 135 Omnibus in seris plenas scio mungere vaccas,
 136 Inque rotae formam caseum pressare cagiatum.²³
 137 Non plasentinis malgaris, sive casaris²⁴
 138 Invideo lactis nivei menare botirum.
 139 Herbida prata scio cum falce taiare seganti,
 140 Scavedagnare agros, fossatis cingere campos,
 141 Subque iugo drizzare boves, usareque manzos.
 142 Sunt mihi de paia vel sex, vel quinque palazzi,²⁵
 143 (De quis non unam petram bombardam cavaret)
 144 Sunt mihi porcilli tres virdo vimine facti,
 145 Inque meo solum cortivo deputo fornum,
 146 Quo Cipada suas informant tota pagnoccas,²⁶

²⁰ Inter matonem et quadrellum differentiam alias dicemus. (We will speak of the difference between brick and block elsewhere.)

²¹ Zocchus, est arboris maior radix. (The trunk is the biggest base of a tree.)*

²² Laudat se de doctrina. (He praises his own knowledge.)

²³ Caseum, bissilaba est. ("Caseum," cheese, is two syllables.)

²⁴ Malgarus et casarus sunt magistri vaccarum et stampatores povinarum. (Cowherd and dairy farmer are masters of cows and makers of ricotta.)

²⁵ Non quos ipse habitabant, quia superius dixit et cetera. (Not those [houses] he inhabited himself, because above he said, etc.) Note: 1692 has the singular form habitabat which seems to fit better; the gloss refers to the text above where Tognazzo states, "Non mihi de paia domus est."

²⁶ Pagnoccas, romanice. (Bread rolls, Roman.)

147 Totus comunus fornum sibi servit ad istum.
 148 Sum Tognazzus ego, sum qui nutrisco Cipadam.
 149 Crede mihi, non est tellus aequanda Cipadae.²⁷
 150 Taiat abundanter frumentum lignaque boschi,
 151 Mungit abundanter vaccas, facit inde ricottas,
 152 Suntque cipadenses apti studiare terrenum,²⁸
 153 Alter habet vantum melius fossata cavare,
 154 Alter arat, bassumque tenet subarando gumerum.²⁹
 155 Alter scit melius vignae podare maderos,
 156 Alter scit putridis stallam netezare boazzis,
 157 Pinguificoque ruto campos implere strinatos.³⁰
 158 O magnam virtutem hominum.
 159 Attamen istorum sum primus, sumque magister,
 160 Et minimam cosam non farent absque Tognazzo.³¹
 161 Nil nisi Tognazzus per villas dicitur omnes,
 162 Nil nisi Tognazzus de cunctis rebus abundat.
 163 Sum prudens, saviumque caput, sum, dico, Tognazzus.
 164 Quae sine conseio magni sunt facta Tognazzi,
 165 Crede mihi tandem tandem male facta trovantur.
 166 Quae cum conseio sunt mastigata Tognazzi,
 167 Crede mihi bona sunt, nec possunt fallere iotam.
 168 Extat evangelium, parlat quaecumque Tognazzus.
 169 Sed quid butto viam tempus, dum talia parlo?

{T Book 5 p. 71v; Port. 1.145}

170 Tu, Cingar, nosti, tu scis, tu cuncta provasti.
 171 Vade, precor, Bertamque trova, cui talia dicas,
 172 Tognazzus mandat tibi tantas, Berta, salutes,
 173 Quantas sub coelo video splendescere stellas,
 174 In nostro quantas numero boscamine foias,
 175 Quantas brusavit Piemonti patria strias,
 176 Milanus quantas bene grassas vendit ofellas,
 177 Quantas Mantoa capiunt in valle folengas,
 178 Per Venetum quantos spendunt canalia bezzos,

²⁷ Laudes Cipadae. (Praise of Cipada.)

²⁸ Studiare, disponere. (To work at, to arrange.)

²⁹ Gumerus et vomer. (Plow and plowshare.)

³⁰ Strinatos dixit, quia stipulas incendunt. (He said scorched [fields] because they burn the stalks.)

³¹ Fo, fas, fat. ([Alternative conjugation of facio:] I do, you do, he does.)

179 Et bastardellos quantos da maro quotannis,³²
 180 Et vermocanos quantos trat Bergama tellus,
 181 Quantos Bardellae piccavit boia ladrones,
 182 Quantaque poma viam buttat narancia Naples.³³
 183 Quantaque de Marchis dicit mendacia vecchius,
 184 Quantos villanos opus est ad argina vadant,
 185 Quot contrabbandi venetam faciuntur ad urbem,
 186 Quot falsas vendit speciara bilantia robbas,
 187 Quot ladri, zaffi, daciari vel molinari,
 188 Et quot gallinas robbasti denique, Cingar.
 189 Dilectae Bertae tantas ego mitto salutes,
 190 Cui totam milzam, totam quoque trado coradam,
 191 Donoque me stessum, robbam, vaccamque Bonelam.³⁴
 192 Sic ait, et rursum, brazzato Cingare, magnum
 193 Suspiramentum pulmone cavavit ab imo.
 194 Cingar promittit, quamvis attendere nescit.³⁵
 195 In pressam vadit, Bertamque trovare caminat.
 196 Tognazzus remanens, in stropa sistere nescit,
 197 Spudazzatque super palmas, sursumque brasolas
 198 Calzas bis tirat, stringa molante, rapatas.
 199 Mox digitis quaerit buscas subtiliter omnes,
 200 Ostentatque albam circum colare camisam.
 201 Saepe manu palpat testam, canamque pelucam,³⁶
 202 Et flavos amor esse facit parere capillos.³⁷
 203 Foppas crispatae studiat distendere frontis,
 204 Et lixiazzo vultum fat stare tiratum.³⁸
 205 Sberzatos oculos tum Bertae purgat amore,

{T Book 5 p. 72; Port. 1.146}

³² Maro sic debet scribi (Maro should be written thus). Note: Maro for Roma.)

³³ Naples gallice, nam latine Neapoli. (Naples is Gallic, as Neapoli is Latin.)

³⁴ Nam superius innuit vaccam istam super omnia sibi gratam esse. (For above he allows as how he likes this cow more than anything.)

³⁵ Vera barreria est, ut inquit Seneca, quod promittitur non attendi. (The real obstacle is, as Seneca says, that what is promised is not attended to.)*

³⁶ Peluca melius vilano convenit quam caviata nam caviata citadinis. (Hair-do is better suited to a peasant than hair style, since hair style is for an urbanite.)

³⁷ Caesaries regibus et signoris attribuitur. (Luxuriant hair is attributed to kings and lords.)

³⁸ Fo, fas, fat. (I do, you do he/she does.) [See note above.]

206 Quos miser expleto vix ter purgasset in anno.
 207 Nasum tangentem barbozzum smerdolat ungis,³⁹
 208 Qui colat, et cornu sofiat porrisque rigescit.
 209 Bucca tumet, longeque cadunt in pectora bavae,
 210 Ut quandoque boves vidistis fundere vecchios.
 211 Currit ad albiolum, vel dicunt esse canalem,
 212 In quo villani vaccas beberare solebant.
 213 Hic bene se specchiat, Narcisi more, galantum.
 214 Hic quoque barbozzo nasum videt esse tacatum,
 215 Hicve povinatos oculos semperque bagnatos,
 216 Hic desdentatas se mirat habere ganassas.
 217 Haec tamen ob nimium formosa videntur amorem.
 218 Aptatur capiti mufolenta bireta taeri,
 219 In cuius marzum rosa candida ponitur orlum.⁴⁰
 220 Panescum lateri coltellum taccat, habentem
 221 De bufali cornu manicum virasque dotonis,⁴¹
 222 Cuius siringa ligat pendentem rossa guainam.
 223 Praeterea borsam triplici volitante fiocco
 224 Fert bagarottis plenam, levibusque doinis.⁴²

Berta.

225 Interea Cingar Berta simulare comandat,
 226 Quae bombasinam vestivit protinus albam,
 227 Seque galantinam plus consuetudine fecit.
 228 Pectinat, et triplici connectit in ordine trezzas,
 229 Atque cerudellos ferro facit inde fogato.⁴³
 230 Scufia trezzonem tremolantis plena covertat,⁴⁴
 231 Lenzaque per mediam frontem bene commoda fulget.
 232 Post haec velamen gialdi subtile coloris
 233 Imponens humeris, super ubera lactea traxit,

³⁹ Smerdolat, purgat. Pulchra descriptio nasi. (Takes the crap out of, cleans. Beautiful description of a nose.)

⁴⁰ Orlum, a quo ordellum, pro plica. (The brim, from which we have hem, for fold.)*

⁴¹ Doto dotonis, etiam oto otonis, sed melius doto. Viras ornamenta gladii. (Brass (from *d'oto*, of brass), of brass, and likewise brass, of brass, but [the form] *doto* is better. Metal rings are ornaments for a sword.)*

⁴² Bagarottus, et dovina sunt numi viles. (Farthings and pennies are base coins.)

⁴³ Cerudellos, cincinos. (Little curls, spit curls.)*

⁴⁴ Tremolanti dicunt, quia semper tremant. (Streamers they are called, because they are always streaming.)

234 Pectoreque in medio gucciam transfigit ahenam.

Mafelina.

235 Ergo dies festus, quo villica turba sub ulmo
 236 Ballabat pifaris, piva sociante, duobus,⁴⁵
 237 Affuit, huc Cingar venit, quem Berta secuta est,
 238 Atque ad ballandum coeperunt mittere mentem.

{T Book 5 p. 72v; Port. 1.148}

239 Hic variis homines foggis saltare videbant,
 240 Sed tanto strepitu, quod tellus tota tremebat.
 241 Alter cum saltu se portat in aera tundo,
 242 Alter se circum bis, terque, quaterque volutat,
 243 Alter dum saltat, pede tangit terga puellae,
 244 Is rectum caram saltum facit ante morosam,
 245 Isque capriolam faciendo per aera pirlat,
 246 Ille rotat multum propter straccare puellam.
 247 Ipse pagans ballum, clamat, mihi fac matarellum,⁴⁶
 248 Fac spingardoium, fac spagnam, mazzaque croccam,⁴⁷
 249 Facve feraresam, fac muscam, facve pavanam.
 250 Alter sed nimio factus sudore fiaccus,
 251 Boccalum vacuat ternos spendendo quatrinos.
 252 Plus veniunt pifari, semper bufando, gaiardi,
 253 Quos retridare audis, lingua frifolante, pavano,
 254 Nec fallare sciunt stoppando foramina quaeque.
 255 Interea ballus cessaverat, ut solet, unus,
 256 Aspettant pifari quis ballum solvent altrum.
 257 lamque locum proprium tunc foemina quaeque piarat,
 258 Sugabant omnes faciem sudore colantem.
 259 Cingar habet roncam, subito quam calce ficavit⁴⁸
 260 In terram, spissasque cavat de corpore faldas.
 261 Tum gravidam numis bursam trahit extra lasenam,⁴⁹

⁴⁵ Baldi [sic for Balli] descriptio. (Description of a ball/dance.)

⁴⁶ Danzarum genera. (Types of dances.)

⁴⁷ Ut septemque triones. ([A divided word] like septen... trional, Northern.) [A gloss for "mazzaque croccam" for mazzacrocca].)

⁴⁸ Calx ronche intelligitur. (The butt of the staff, it is understood.)

⁴⁹ Lasenam mantuanice. Sicam, bressanice. (The arm pit, in Mantuan; underarm, in Brescian.)*

262 Sexque carantanos pifaris sborsavit avaros,⁵⁰
 263 Namque bonam tenuit nunquam sua tasca monetam.
 264 Inde cavans brettam, curvumque pigando zenochium,
 265 Quae plus formosa est damigellam primus achiappat.
 266 Caetera mox alias mulieres turba receptat.
 267 Cingar corazzam quoniam spoiarat onustam,
 268 In giupparello levis est, multumque legiadrus,
 269 Ballarinus erat qui villa primus in illa.
 270 Danzas piffaricas iotam non praeterit unam,
 271 Ireque post ballum multum gridando comandat.

Comparatio.

272 Qualis caprettus, quum sol damatina levatur,
 273 Egreditur stalla materno lacte cibatus,
 274 Undique discurrit, morbezzat, guizzat in altum,⁵¹

{T Book 5 p. 73; Port. 1.149}

275 Nec valet (ut dicunt) in brena stare ligatus,
 276 Talis Cingar erat, posuit qui quando corazzam
 277 Tres equidem cubitos balzo saltabat in uno.
 278 Mirabant onmes bene sic bailare videntes,
 279 Nunc drittus saltat, nunc tundias, nunc pede solo.

Gosa.

280 Iamque Tognazzus adest, palmamque tenebat utramque
 281 Galloni iunctam, gobbas nec habere videtur.
 282 Quas natura negat vires, amor arte ministrat.⁵²
 283 Distesas portat gambas, calcesque legeros,
 284 Vix premit in tenero vadens sabione pedatas.⁵³
 285 En contra Bertam gambis se plantat apertis,
 286 Mazzuccusque senex illam doniare comenzat.⁵⁴
 287 Ascortus talem tractum iam Cingar adocchiat,

⁵⁰ Avaros, defficientes. (Meager, deficient [referring to weight of coins].)

⁵¹ Morbezzat a morbiezza descendit, pro luxuriat. (He fluffs about for he luxuriates, [the word] comes from softness.)*

⁵² Notandum. (To be noted.)

⁵³ Sabio. Arena. (Sand, seashore.)

⁵⁴ Doniare, mirando voluptari. (To ogle, to take pleasure in admiring.)*

288 Atque serans oculum, Bertae saepissime cignat.
 289 Pratica Berta prius, quae norat Cingaris artem,
 290 Stat verecunda, tamen modicum relevabat ocellos,
 291 Oreque rididulo blandas motabat ochiadas.
 292 O, pensare potes, quales in corde fasellas
 293 Vel sbolzonnadas Tognazzus alhora piabat.
 294 Pallidus in facie cum suspirare volebat,
 295 Spudabat liquidos et largos (oybo) macagnos.⁵⁵
 296 Nunc stat supra pedem dextrum, nunc supra sinistrum,
 297 Saepe caput gratat, non motu saldu in uno
 298 Stasset, quin se se movisset trenta fiatas.
 299 O pissasanguis, secum parlando susurrat,
 300 Heu cur bella meum scorias, Berta, magonem?

Pedrala.

301 Cingar avisarat iam plures ante vilanos,
 302 Ut possent sguaitare senis movimenta Tognazzi.⁵⁶
 303 Omnes parebant risi mangiasse manestram,⁵⁷
 304 Sed non credit eos pro se ridere Tognazzus.
 305 Immo magis cignat Bertae, cui Berta recignat,
 306 Bertaque dat bertam bertezans, atque bretonans.⁵⁸
 307 Dum Cingar ballat, Tognazzo vadit apressum,
 308 Et compagnonem faciens, sic parlat ad illum,

{T Book 5 p. 73v; Port. 1.150}

{T Book 5 p. 74; Port. 1.150}

309 Voce tamen bassa,

⁵⁵ Macagnos grece, Barbellus latine et est sputum vischiosum. (Loogies Greek, beard-fall* Latin, and it means viscous sputum.)*

⁵⁶ Sguaitare, videndo notare, et sin dicare. (To watch carefully, to note while seeing, and without letting on.)

⁵⁷ Risus genus leguminis, proverbium est. (Rice is a kind of grain; it's a saying.) Note: play on word *risus*, meaning laughter and rice.

⁵⁸ Dare bertam, est derridere. Bretonare, est more bretoni tosare. Bretoni namque populi sicut etiam francesi caviatas circum tosatas ferunt, inde tosare, et bretonare, pro sbeffare usurpatur. (To make fun of someone, is to deride. To fleece is to cut the way the Bretons cut, for the people of Bretagne wear their hair cut in a circle just like the French, therefore to cut and to do a Breton, is used for to mock.)

310 Quid tardas? quid stas? non Bertam cernis adesse?
 311 Illa cupit (si vis) tecum bailare parumper.
 312 Sic dicens passat, monstrat dixisse negottam.
 313 Non bis Tognazzus sibi cosam dicere fecit,
 314 Ad Bertam celerat, si vult bailare dimandat.
 315 Illa bochinellum faciens, blandumque musinum,
 316 Et caput inclinans, laevam porrexit apertam,
 317 Unde simul strictis manibus danzare comenzant.
 318 Continuo grandem commovit quisque risaiam,⁵⁹
 319 Claudere sed risum Cingar iubet hic, iubet illic,
 320 Nam, sic ridentes, potuissent rumpere festam.

Togna.

321 Cingaris illic erant compagni quinque giotones
 322 Brunellus, Francus, Sguerzus, Schiavina, Briossus,
 323 Qui semper verbis alios schernire parantur.
 324 Tres quoque strepadas cordae ratione dedisses
 325 Illis, absque alia confessione picandis.⁶⁰
 326 Ergo bretonabant illum sub murmure basso,
 327 Sed non tam basso, quin sentiat omnia clare.
 328 Alter ait, quantam destrezzam monstrat habere.
 329 Alter ait, cernis quantum deschena levetur?⁶¹
 330 Alter, sic levis est, quod non dirumperet ovum.
 331 Alter, saltaret melius, nisi vesta gravaret.
 332 Alter ait, verum dicis, se namque legiadrum
 333 Monstraret melius, Bertaeque placeret amighae.⁶²
 334 Tognazzus sentit, magis unde gaiarditer altos
 335 Fert garlatones, coelumque toccare videtur.
 336 Credit Evangelium quicquid dixere giotones.⁶³
 337 Zorneiam spoiat subito, stringasque relentat,

⁵⁹ Risaia, est risus qui fit cachinando. (A chortle, is a laugh made while cackling.)

⁶⁰ Carpitur poeta quo aliquando utitur trocheis pedibus in carminis dactilis medio, ut hic confessione, sic Vergilius et alii vates fecerunt quando magis macaronicus. (One complains that sometimes the poet uses trocheic feet in the middle of a dactylic verse, as here "*confessione*" -- Vergil and other poets did this, so much the more a Macaronic [poet may do it].)

⁶¹ Deschena, adverbium, sicut proforza. (From the back, a [compound] adverb like, by force.)*

⁶² Amigha, pro morosa. (Amiga, for girl friend.)

⁶³ Qui nimis amat nimis credit. (One who loves to much, believes too much.)

338 Et porgens brazzum Bertae tirare comandat,
 339 Sicat ab alterius tirare solemus aiutto.
 340 Illa pians ultro manicas utrasque camisae,
 341 Improvisa tirat, non advertente Tognazzo,
 342 Qui, dum Berta cavat, sentit seguitare camisam.
 343 Et reparare volens hunc casum, pauper homazzus,

{T Book 5 p. 74v; Port. 1.152}

344 Millibus in strazzis testam vilupatus habebat.
 345 Sed magis illa tirat, sequitur magis iste tirantem,
 346 Valdeque sbraiabat, lassa, codesella, camisam.
 347 Dumque trahebatur, non se nullumque videbat.
 348 Semispoiatus erat, stringasque molaverat ante,
 349 Ergo cito properat Cingar, braghaeque picaias⁶⁴
 350 Solvit, et altandem nudus miser ille remansit.⁶⁵
 351 Usque ad garlettos cascarunt illico strazzae.
 352 Tanta repentinam cepit risarola brigatam,
 353 Quod centos illic Marguttos esse putasses.
 354 Ille scapare viam voluit, monstrando pudenda.
 355 Sed velut in stuppa polosini pes gathiatur,
 356 Sic ad calcagnos bragas Tognazzus habebat.
 357 Arripiens cursum, talem dedit ante stramazum,
 358 Quod tamburrini sonitum sua panza sonavit.
 359 Concurrunt omnes nudum guardare Tognazzum,
 360 Oy oy, clamabant, oy oy, quae cosa novella.
 361 Ipse manum supra numos bursamque tenebat,
 362 Quapropter vergogna suum morzavit amorem.
 363 Omnia vincit amor, pudor hic superavit amorem.
 364 Biscurat Bertam, se vergognando, morosam,⁶⁶
 365 In pede saltatus currit velocius haedo,
 366 lam non longaevas mostrabat habere pedanas.⁶⁷
 367 Non unquam vidi tam praestum currere gattum,
 368 Qui sine cautela cuppis cimigasset ab altis,⁶⁸

⁶⁴ Picaias, cordiculas quibus nectebat femoralia. (Ties, little cords with which he had bound his breeches.)

⁶⁵ Altandem, denique. (At last, finally.)

⁶⁶ Biscurat, obliviscitur. (He pays no heed to, he forgets.)

⁶⁷ Pedana, genus morbi, qui venit in pedibus senum. (Gout is a type of disease that comes to the feet of the elderly.)

⁶⁸ Cimigare, tombare. Fugere. (To drop, to fall. To flee.)

369 Sicut mirabant illum sgombrare paesum.
 370 Perveniens tandem solus sub tegmine fagi,
 371 Propter vergognam caput in tellure ficabat,
 372 Tollere non audens frontem, sic ista loquebat,
 373 O Tognazze senex, quae te disgratia cepit,
 374 Nonne tuum cernis, pauper meschinule, scorum?
 375 Nuper zanzabam, mulieres esse ribaldas,
 376 Et deberemus Macometti credere legi,
 377 Plusquam falsiloquis mulierum credere frappis,
 378 Et video Bertam me nunc trapolasse gaioffam.
 379 Heu, quia pensabam super omnes esse beatus,

{T Book 5 p. 75; Port. 1.153}

380 At sventuratum, me soiant, meque caleffant.
 381 Consiliare scio reliques, conseiare me ipsum
 382 Nescio, culpa mihi sola est reputanda gazano.
 383 Consilium nihil est, hoc si quis negligit uti.⁶⁹
 384 Consilium male dat, quisquis male suscipit illud.
 385 Me stessum veschiasse pudet, nec, amore superchio,
 386 Errorem novi, donec vergogna capellum
 387 Sustulit, eque meo cascavit mascara vultu.⁷⁰
 388 Post damnum pentire valet, mihi crede, nientum.
 389 O nimis improprium senibus, vecchisque bavosis,
 390 Pectus amoroso plenum gestare brusoro.
 391 Id ratio prohibet, tenuis non sustinet aetas,
 392 Fert ad calcagnos mortem, guardatque sepulcrum.

Togna.

393 Dum sic vilificat semet, Zambellus arivat,
 394 Cui proprios gestat pannos, simul inde recedunt.
 395 Tres stetit is menses omnino latenter ab omni
 396 Compagnia hominum, tamen alto corde cadenam
 397 Rudit, disponens se vindicare, nec ipsa
 398 Cingaris et Bertae fallax iniuria cascatur.⁷¹

⁶⁹ Notabilia dicta contra vecchios amerosos. (Notable maxims against aged lovers.)

⁷⁰ Mascara, larva, pro volamine [sic, velamine, 1692] pudoris. (A mask, a horrible disguise, as a veil of decency.)*

⁷¹ Fallax, quia non iniuria videbatur. (Deceitful, because it had not seemed to be an offense.)*

399 Utilitas sed quae fuerat scornasse Tognazzum?
 400 Est quod erat villa primus reputatus in illa,
 401 Creditus, at cecidit tunc omnis Cingaris astu.⁷²
 402 Monstrabatur enim digito si quando patebat,⁷³
 403 Et sic cessavit reverentia barba Tognazzi,
 404 Cingaris ut melius posset masinare molinus.
 405 Qui quoque amicitiam Zambelli curat habere,
 406 Qualiter hic etiam sibi possit rumpere collum.

Altera Cingaris astutia.

407 Is postquam robbae se viderat esse patronem,
 408 Non valet in stroppam restare factus alegras.
 409 Ponere cervellum statuens in rebus agendis,
 410 Disponensque casam multis richire facendis,
 411 Uxorem clamat Laenam, nos, inquit, habemus,
 412 Ad corpus lanchi veluti squaquarare valemus.
 413 Non ultra faciet nos Baldus vivere stento,

{T Book 5 p. 75v; Port. 1.154}

414 Stat quia sub terra plus strictus gatte ligatus.⁷⁴
 415 Nos mercantiam pariter faciemus, ad urbem
 416 Quotidie vadam plures trafegando richezzas.
 417 Laena superbendo dixit, num, care marite,
 418 Scis quod me voluit cum stanga battere Berta?
 419 Ast ego cum rocca, lino brusante, cucurri
 420 Post illam, fecique sibi monstrare quadernum.
 421 Zambellus dixit, voluit te battere Berta?
 422 O mala fomna quidem, vindictam vis faciamus?
 423 Hic mihi despettus non sopportabitur unquam.

Togna.

424 Ergo simul tacitis se accordavere parolis.
 425 Circa quinque horas pariter de nocte levabant,
 426 Ante fores Bertae, pleno cum ventre, cagabant.
 427 (Parce, rogo, lector, mea si nunc musa puzabit.)

⁷² Creditus, auctoritas. (A trusted person, an authority.)*

⁷³ Monstrari digito, bertezari. (To be pointed at with a finger, to be mocked.)

⁷⁴ Gattus et gattes. (Cat: two spellings.)

428 Berta, levans, strato semper damatina catabat,
 429 Lombardis quais sua limina plena novellis.⁷⁵
 430 Cingar habens caudam, vulparum more, pelatam,
 431 Istam Zambelli confestim iudicat artem.
 432 Quotidie merdam vasum mittebat in unum,⁷⁶
 433 Donec complevit tali de stercore totum.
 434 Berta stupescebat, causamque requirit ab illo,
 435 Sed Cingar noscens quod foemina vas sine fundo est,⁷⁷
 436 Semper dicebat, cognosces denique causam.
 437 Desuper infudit completum melle bocalum,
 438 Quod tu iurasses, merdam mel esse, lecate.
 439 Hancque super tollens humeris, se drizzat ad urbem
 440 Ecce procul vidit Zambellum, protinus illum
 441 Advocat, o, dicens, o mi Zambelle sodalis,
 442 Expecta, quaeso, non me cognoscis adunca?
 443 Sum Cingar, tam grandem qui tibi portat amorem.⁷⁸
 444 Quomodo stas vel tu, vel quomodo stat tua Laena?
 445 Tocca manum, certe mihi pares esse gaiardus,
 446 Atque bonam chieram facies tua monstrat habere.
 447 Zambellus sed ait, sum sanus, sumque gaiardus.

{T Book 5 p. 76; Port. 1.155}

448 Sed quidnam portas barilotto, Cingar, in illo?
 449 Tunc fingens Cingar se straccum, dixit, aiutta,
 450 Istud, aiutta, precor, de spallis mittere pondus.
 451 Zambellus, positus manibus, discarigat illum.
 452 Inde rogat, vaso rursum quid portet onusto.
 453 Cingar respondens mostrat parlare daverum,
 454 Berta tibi mandat grates, charissime, centum,⁷⁹
 455 Quam tu fecisti tanto de munere dignam.
 456 Quamvis aeternum modo te pensaverat hostem,
 457 Cugnatum tamen esse bonum cognovit adessum.

⁷⁵ Lombardis quais ut apertius intelligas, stroncis. (Lombard quail [eggs] as you clearly understand, are turds.)

⁷⁶ Merda merdae stercus hominis, cuius derivata quaere in Catholicon. (Shit, of shit, human waste, seek its derivation in the Catholicon.)*

⁷⁷ Notandum. (To be noted.)

⁷⁸ Modus parlandi familiariter. (Way of speaking familiarly.)

⁷⁹ Nota quod Cingar non mentitur, sed difert inter bosiam et bareriam. (Note that Cingar is not lying, instead it differs between a lie and a practical joke.)

458 Namque super limen quidquid de nocte cagabas,
 459 Omnes matinas soium ponebat in istum,⁸⁰
 460 Et nunc spero quidem multos acquirere numos.
 461 Zambellus stupefactus ait, doh codesella,
 462 Tu ne meam poteris vendens spazzare carognam?
 463 Me buttare viam faceres bragaglia, Cingar,⁸¹
 464 Pensarem te posse meam si vendere merdam.
 465 Cingar ait, cur non? provam, Zambelle, videbis.

Comina.

466 Ergo dum parlat, traxit de fora spinettum,
 467 Qui ficabatur medio fundamine vasis.
 468 Ecce tenella foras cito fezza liquescere coepit,
 469 Zambellique suo nasum percussit odore.
 470 O pissa sanguis, dixit, iam stoppa foramen,
 471 Stoppa, rogo, Cingar, merdas odor indicat esse.⁸²
 472 Sed quis castrouus merdam comprabit adessum?
 473 Cui Cingar, mecum venias, miranda videbis.
 474 Et ponens illum Zambelli tergore soium,
 475 Ante caminabat crepans in pectore risu.
 476 Ut fuit in piazza, mercatus ubique patebat,
 477 Namque die sabath mercatum Mantua promit.⁸³

Mercati descriptio.

478 Cernitur hic variis de rebus maximus ordo,
 479 Hic mercadantes ponunt in monstra botegas,⁸⁴
 480 E quibus argentum, canzantus, seta, velutum,
 481 Zambellottus item, rasmus spectatur, et aurum,

{T Book 5 p. 76v; Port. 1.156}

⁸⁰ Soium genus vasis vinarii. (A keg is kind of container for winemakers.)

⁸¹ Bragaglia, magalia, mapalia, pluraliter solum reperiuntur. (Britches, *magalia*, *mapalia*, only the plural is found.)*

⁸² Nota quod poeta hoc vocabulo merda non utitur nisi in personam Zambelli, qui rustice loquitur. (Note that the poet does not use this word “shit” unless in the person of Zambello who speaks rustically.)

⁸³ Sabath indeclinabile. (Sabbath is [an] indeclinable [noun].)

⁸⁴ In monstra adverbium demonstrantis. Mercadantes magni. (“On display” is an adverb for “by demonstration.” Powerful merchants.)

482 Et centum pani fini, varii que coloris.
 483 Hic quoque Brettari diversas ordine brettas⁸⁵
 484 Distendunt Italas, francesas, atque spagnardas.
 485 Bretarolorum satis es, mea Mantua, plena,
 486 Unde patet, quod multa viris ibi lana tosatur.
 487 Hic centum scatolas Speciarus quisque doratas⁸⁶
 488 Emittit gravidas coriandibus atque pignolis,
 489 Mandulibus, rancis, anicis dulcique canella.⁸⁷
 490 Garzonesque parant muscas dulcore lecardas.
 491 Discurrunt, celeresque volant, trutinasque manezant,
 492 Et cum pistillo mortaria bronzea chioccant.
 493 Hic quoque sparpagnant Merzzadri multi facendas,⁸⁸
 494 Stringas, cordones, bursellos, cingula, guantos,
 495 Taschellas, scufias, scufiottos, cultra, guainas,
 496 Carneros, fibias, calamos, calamaria, cordas,
 497 Pectina, specchiettos, zamporgas, atque sonaios.⁸⁹
 498 Hic Boccalari sua vasa tulere videnda,⁹⁰
 499 Boccalos medios, bocalazzos et bocalinos,⁹¹
 500 Urces, urcettos, scudellas et scudelottos,
 501 Caddinos, basias, piattos, orinalia, cuppas.
 502 Hic Calzolari scarpas monstrare galantas
 503 Sollicitant, soveros, pianellas atque stivallos.
 504 Ferrari pandunt cavedones, atque gavatos,
 505 Martellos, falces, gradesellas ac podarolos.
 506 Hic Salcizzari plenos de carne budellos,
 507 Vel cervellatos, salcizzas, vel cagasangos.⁹²

⁸⁵ Brettari. (Hat makers)

⁸⁶ Speciari. (Grocers.)

⁸⁷ Canella lobardice. Cinnamomum latine. (Canella is Lombardan, Cinnamon is Latin)

⁸⁸ Merzadri. (Retailers.)*

⁸⁹ Zamporgans, alio nomine rubebas. (Bagpipes, another name for pipes.)*

⁹⁰ Boccalari, figuli. (Potters, jug-makers.)

⁹¹ Dixi superius quod velut latine derivativa differentiari possunt a suis primitivis, ut lucem et lucernam, flagrum et flagellum, sic macaronice, Boccalus et Bocalinus, scudellas et scudelotos, oportet enim surripere et adiungere consonantes, ut stent carmina. (I said above that just as Latin derivations can be differentiated from their original forms, like light and lamp, whip and lash, thus macaronically, [there are multiple forms] jug, little jug, bowl, soup bowl -- indeed it is necessary to take away and to add consonants so that they fit into the verse.)

508 Hic Hortulani ravellos, porra, capuzzos,
 509 Verzas lactucas ac alia fresca salatas.
 510 Turba vilanarum genus omne polaminis affert,
 511 Pullastros, ocas, gallinas, ac anedrottos.
 512 Hic quoque Fornari schizzadas atque fugazzas,⁹³
 513 Panem buffetum, baricocola fresca, bucellas.
 514 Hic Formaiari formaium pondere spazzant,⁹⁴
 515 Casos, casettos, mascherpas atque botirum.
 516 Hic Zarattani bissoles, dentesque cavatos,⁹⁵
 517 Petras vessigae, radices, ferra, bragheros.

{T Book 5 p. 77; Port. 1.157}

518 Hic Tornitores fusos, capisteria, rocchas,⁹⁶
 519 Atque pivas illas, per quas cristeria ponunt.
 520 Hic stant Aurifices diversas vendere gioias,⁹⁷
 521 Et qui zibettum, muschium, venduntque coronas.⁹⁸
 522 Hic homines tandem venalia quaeque tenebant.

Gosa.

523 Cingar Zambellum gestantem tergore fezzam,
 524 Dissimulans frontem, speciarum duxit ad unum.
 525 Cui dixit, primam cito pronuntiando parolam
 526 Vultis apum merdas istas comprare, magister?
 527 Ille speciarus ridens ea verba notavit,
 528 Quod dicebat apum merdas mel esse daverum,
 529 Ac illum quemquam cito iudicat esse bufonem.
 530 Zambellus tamen hanc non intellexerat artem.
 531 Tunc prestus digito speciarus melle ficato,
 532 In boccam posuit, stercus tangendo nientum.

⁹² Cagasanguis veroniace. Beroldus mantuanice. Zaborgninus bressanice. Sanguanazzus co[mmun]iter. (Blood tripe in Verona, Beroldus * in Mantua, Zaborgninus * in Brescia, blood sausage commonly.)**

⁹³ Fornari. (Bakers.)

⁹⁴ Formaiari. (Cheesemakers.)

⁹⁵ Zaratani. (Charlatans.) Note, *cerretano*: Zingarelli traces the word to Cerreto (Umbria), from where such travelling medicine men originated.

⁹⁶ Tornitore. (Wood-turner.)

⁹⁷ Aurifices. (Goldsmiths.)

⁹⁸ Zibbettari. (Perfumers.)

533 Ambo mercatum faciunt, tres accipit aureos
 534 Cingar, qui fingit pocham tirrasse monetam.
 535 Inde speciarus vasum vacuare volebat,
 536 Unde magagna statim patuisset Cingaris omnis.
 537 Ipse sed extemplo respondit, desine soium.
 538 Nunc redeam, quasdam vado comprare facendas,
 539 Inde meum reddes vasum, cum venero nunc nunc.
 540 Dixerat, et clamans Zambellum, prestus arancat,
 541 Sic et osellatus speciarus ille remansit,
 542 Nam vulpes etiam vecchiaie quandoque trufantur.

Conclusio.

543 Quintus habet finem, metris male quippe dolatum,
 544 Non ego plus habeo cantandi, credite, voiam,
 545 Versificare quidem non est scolare piombum.

Explicit Macaronice quinta phantasiae

Book 6

Magistri Acquarii Argumentum in
Macaronicen sextam Phantasiae.

1 Carpitur invidia Zambellus propter aquistum
 2 Quem fecit merdas Cingar habendo suas.

{T Book 6 p. 77v; Port. 1.158}

{T Book 6 p. 78; Port. 1.158}

3 Mercatiam talem exercitare parecchiat,
 4 Complerat grandem stercore iamque Tinam.
 5 Cuius materiae Brentam portavit ad urbem
 6 Quis comprare velit stercus ubique petit.
 7 Sentit eum, stangamque rapit Speciarus, et urnam
 8 Frangit, Zambellum faex liquefacta lavat.
 9 Plebs ruit, aprehndunt Zambellum, carcere ponunt,
 10 Consueta Cingar quem tamen arte cavat,
 11 Praeterea Laenae parens, it vendere vaccam,
 12 Cingar eam haebrea veste copertus emit.
 13 Est data Mercati pro merce credentia ligni,

14 Namque in credenzam tollere iussus erat.

Merlini Cocaii poetae mantuani
Macaronice Sexta Phantasiae.

1 Ferte cito famuli pennam, calamare, papirum,
2 Materiale venit scribendi grande talentum.
3 Fugerat omnis enim mihi nuper voia canendi,
4 Et mea stridebat raucum sordina blilirum.¹

Berta.

5 Maxima Zambellum maravilla ceperat ergo,
6 Mercatumque suae vult exercere me merdae²
7 (Parce iterum, lector, timui proferre, sed ipsam
8 Prosequor historiam per vera vocabula veram)
9 Cingar non rediit speciario melle gabato,
10 Zambelloque dedit cantonem valde stupenti,³
11 Qui cagat in bragas, modo namque comederat uvam,
12 Quam servare volens, per forzam continet intro,
13 Cum qua disposuit magnos implere tinellos.⁴
14 Tres emit interea pro Laena coniuge fusos,
15 Cipadaeque illos misit pagando fachinum,
16 Tres valuere trinas fusi, portatio quinque.
17 Postea de salsa compravit carne mezenum,

{T Book 6 p. 78v; Port. 1.160}

18 Quem redeundo casam multo sudore ferebat.
19 Sed iam non possens tantam soffrire fadigam,
20 Hunc strassinabat per terram more carognae,⁵
21 Solaque restavit, sine lardo, codiga tandem.

¹ Sordina parva piva. (A fife is a small pipe/flute.)

² Memerdae, non tam cito proferre me inceperat quod penituit, tamen complevit. (Me-merde... non sooner did begin to utter "me..." than he repented, and yet he finished.)

³ Dare cantonem vel piantare, metaphoricè significat aliquem fastidiosum tergiversando dimittere. (To give the slip to or to abandon metaphorically means to dismiss someone bothersome by turning ones back on him.)

⁴ Mercantia Zambelli. (Zambello's merchandise.)

⁵ Carognae cadaveris. ([Like a] carrion, [like a] cadaver.)

22 Laena gridans illi convicia plurima dixit,
 23 Inde tracagnadis multis sua terga polivit,
 24 Nam pluviae semper post magna tonitrua cascant.⁶
 25 Sed vix Zambellus pistas susceperat illas,
 26 Complevit largum merdosa faece tinazzum,
 27 Cingaribus officio sperans acquirere nummos.
 28 Quotidieque facit secreto cagare vilanos,
 29 Nam timet hunc artem fortassis Laena vetasset.
 30 Si pro vergogna sprevere cagare vilani,
 31 (Quamvis ignorent quid fit vergogna gaioffi)
 32 Illos pagabat multas donando catrinas.⁷
 33 Omnes ignorant quid vult ea dicere merda.
 34 Undique per gentem vadens Zambellus amorbat.

Gosa.

35 Ergo die quadam tulit ipso* in tergore zerlam
 36 Plenam de (basta) vel possunt dicere brentam,⁸
 37 Quam spallis gestat, zerlotti sicut usantur,
 38 Ac uti bressanam cernis portare per urbem.
 39 In plateam veniens, sbraiabat, eundo per omnes
 40 Contradas, O, quis vult hanc comprare tenellam,
 41 Atque saporitam merdam? modo fecimus illam,
 42 Et grandem vobis faciam vendendo placerum.
 43 Sed mala guidabat poverum ventura, quod ipse
 44 Ad quartam stradam speciarum praeterit illum,
 45 Quem modo scornatum Cingar maledettus habebat.

⁶ Non pagat baiulum aliquem qui gestat mezenum, et fusos minime ponderosos pagavit gestamentem. Sic Socrati accidit, idest post rumorem uxoris, pluvia brodaliae secuta est. (He doesn't pay a porter to carry the half [pig], and for the spindles, weighing hardly anything, he paid the transportation. Just so it happened to Socrates, and that is, that after his wife's shouting, a rain of pigslop followed.)* Note: An allusion to a story about Socrates and his wife Xanthippe: after he failed to bring home the food she was expecting, she yelled at him, to no avail, and then threw water at him.

⁷ Notandum. Catrinas piemontense dixit. (To be noted, he said "catrinas" in Piedmontese [for *quatrini*, money].)

⁸ Basta, idest intellige ne fastidium pariam.* ([Full of...] that's enough, means, understand, so I don't produce something disgusting.) Note: The 1521 looks like *patriam*, and the 1585 Imbriani has *patriam*, but the 1692 has *pariam*, which makes more sense.

46 Quando Zambellum, alia merda, dicere sensit,
 47 Pistonem piperis iecit stangamque piavit,
 48 Inde pianinum, vadens post terga, cucurrit,
 49 Atque super sputans palmis, bastone tenaci
 50 Percussit brentam magno reboante fracasso,
 51 Quae resoluta suis spezzatis undique circhus,
 52 In fasces ivit, mox stercora tota liquescunt,

{T Book 6 p. 79; Port. 1.161}

{T Book 6 p. 79v; Port. 1.161}

53 Per faciemque fluunt Zambelli vociferantis,
 54 Totus de merda parens, hinc inde scapinat,⁹
 55 Sed speciarus eum non lassat prendere possam,¹⁰
 56 Perseguitat, cessatque nihil menare tracagnum.
 57 Exclamat miser ille gridans asinaliter, oyme,
 58 Nunc istam, nunc illam se inficando botegam.
 59 Turba puellorum currit, day, day, quoque clamat,¹¹
 60 Saxa tirant, ravas marzas, et mille carognas.
 61 Currunt Brettari semper treppare parati,
 62 Matronae testas extendunt supra fenestras.
 63 En cavalerus adest, zaffis seguitantibus illic,¹²
 64 Quid sit hoc immensum vult bravus noscere murmur.
 65 Accusatur ibi Zambellus per speciarum,
 66 Quod sibi vendiderat merdam sub melle latentem.
 67 Zambellus negat hoc dicens, non ille daverum
 68 Sum, messere, fuit Cingar ladrus atque giotonus,
 69 Quem praetor voluit tantas piccare fiatas.
 70 Sed quando vidit signum barisellus apertum,
 71 Zambellus quoniam factus de stercore paret,
 72 Hunc in communi presone serare comandat.

Altera Cingaris astutia.

⁹ Scapinat fugit. (He escapes, he flees.)

¹⁰ Possam, quietem. (Repose, rest.)

¹¹ Day day, descazzantis est.) ("Go on, go on," is for chasing away.)

¹² Inter cavalerum et barisellum nihil distare magister Cornacchia dixit, tamen Fasanellus contradicit. (Master Cornacchia said that between knight and policeman there is no difference, yet Fasanellus contradicts this.)*

73 Cingar id advertens non restat, more tacagni,¹³
 74 Laenam Zambelli femnam retrovare cucurrit,
 75 Quae tristis flebat pro cari sorte mariti,
 76 Nec scit partitum, quo vinclis liberet illum.¹⁴
 77 Cingar singultu crebro sua lumina sugat,
 78 Zambelli quoniam destinum plangere fingit,¹⁵
 79 Et confortabat tamen illam voce trementi.
 80 Ecce repentino veniens quoque Berta viazo,
 81 Denotat offensas domenticasse vetustas.
 82 Currit in amplexum, rauco sbraiore, sororis
 83 (Sic ordinarat Cingar bastardus ad illam)¹⁶
 84 Dicens, heu, quia cugnatum, pariterque maritum
 85 Appicare meum statuunt, plantareque forcas
 86 Supra Tyum vidi, quem, cara sorella, guadagnum¹⁷
 87 Zambellis fecit? vadat seguitare Tognazzum,

{T Book 6 p. 80; Port. 1.162}

88 Dic, quid aquistavit? tuus et meus ecce maritus
 89 Quomodo Tognazzi sola caggione picantur?
 90 Talia dasennum bona foemina credidit esse,
 91 Cingar altorium supplex, marzoccha, dimandat.¹⁸
 92 Cingar ait, contentor ego, mea Laena sorella,
 93 Zambellum Baldumque simul riscodere nostrum.
 94 Sed lex difficilis comandat, iusque Palazzi,
 95 Carcere nemo tratur, nisi bursa piena vodatur.
 96 Attamen ecce meam tascam, donoque meipsum,

¹³ Tacagnus fuit homo sceleratissimus omnium. (A deceiver was the most wicked of all.)

¹⁴ Partitum, modum vel guisam. (Possibility, way or manner.)

¹⁵ Destinum, infortunium. (Destiny, misfortune.)

¹⁶ Non quod esset bastardus, sed quia bastardi sunt maiori ex parte accorti. (Not that [Cingar] was a bastard, but because to a large degree clever people are bastards.)* Note: should we read *maiore* for *maiori*?

¹⁷ Tyum est vallis spaciosa prope moenia Mantuae. (The Te is a spacious valley near the walls of Mantua.)

¹⁸ Marzoccus, grossolanus dicitur, at sunt qui dicunt marzoccum, idest florentinum, quia florentini suum leonem vocant marzoccum, si sic est, ergo flortentinum grossolanum. Notandum. (Boor is said of an oaf, but some say that a boor is a Florentine, because the Florentines call their lion Marzocco [-- the same word as for boor], if this is so, it follows that a Florentine is a boor. To be noted.)

97 Zambellum nostrum quam prestius extra cavemus.
 98 Tu quoque, si quid habes numorum, tradere debes,
 99 Denariisque tuis paucis, Bertaeque, meisque
 100 Zambellum forsitan de furchae morte cavabo,
 101 Namque susurratur, quod nempe picabitur ille.
 102 Me miseram, tunc Laena gridans, festina volavit,
 103 Quantos in cofino denaros invenit, affert,
 104 Qui sunt ex numero Marcelli forte triginta.
 105 Cingar eos brancat subito, numeratque negottam,
 106 Atque suos etiam ramezantes (nescio quantos)¹⁹
 107 Carlinos sborsat, quos omnes spendere zurat
 108 In maleficio Zambelli propter amorem.
 109 Tunc cito discedens, Bertam restare comandat,
 110 Quae stet alegra simul cum Laena, namque cavabit
 111 (Si nummi flectunt animos) utrumque maritum.
 112 Sic ait, et properans, Mantoam pergat ad urbem.

Parenthesis.

113 Si nummi flectunt animos, sententia nostri est
 114 Cingarum est dandus Primatibus iste botonus,²⁰
 115 Officium quibus est Ladrones tradere furchae,
 116 Dismorbare vias sassinis, parcere nulli,
 117 Quos gula iustitiae (non auri) sola coarctent,
 118 Namque nisi poveros inopes, ac aere carentes,
 119 Cernimus ascribi furchae, ceppique macello.
 120 Non tamen hi nostri Magnates atque signores
 121 Attendunt quoniam ladris sine iure secundant,
 122 Et melius furchae poenam gens illa subiret,

{T Book 6 p. 80v; Port. 1.163}

123 Quae fert iustitiae curam, quam iustitiandi.²¹
 124 Non ego rectores dico, sanctumque Senatum,
 125 Sed quos in domibus propriis tenduntque, foventque.

¹⁹ Ramezantes, falsos, de ramo suprarientatos. (Copper coins, fake, copper covered.)*

²⁰ Botonus metaphorice pro morsu. (Mouthful/Button, metaphorically for bite.)
 Note: 1585 has *botonus* and 1692 has *boconus* both in the text and the gloss.

²¹ Iustitiandi, quos iustitiosos esse iudicant. (Of those to be judged, those whom they sentence to be judged.)**

126 Sunt etenim quidam furfanti, vel marioli,
 127 Quos data libertas dominis, facit esse superbos,
 128 Sunt quia praetoris, vel magna fameia Palazzi,
 129 Et quibus est tantum spadas portare facultas.
 130 Omnibus obiicitur taccare galonibus arma,
 131 Attamen his tantum fiunt concessa bravosis,
 132 Et quoddam magnum decoris sibi nomen acquistant.
 133 Quid? num soldati regis, chortisque barones?
 134 Non ita, sed sbirri, zaffi, gens brava parolis,
 135 Qui malefactorem si quemquam prendere vadunt,
 136 Prenhdere non satis est, prius at spoiare comenzant,
 137 Perque bragarolum nummos cercando requirunt.
 138 Is sibi mantellum brettam capit iste, sed ille
 139 Saionem, veluti sibi solis furta licerent.
 140 Unde miser, sicut Christus, bene dicere posset,
 141 Divisere sibi mea vestimenta ladrones.
 142 Impietas non est mundo crudelior ista,
 143 Instituuntur enim pro castigare giotones,
 144 Hi tamen occulto sub textu iuris abarrant,
 145 Sassinant homines, robbam cum sanguine zaffant.
 146 Sed colera superior, nec eos tantummodo damno,
 147 At qui constituunt illos implentque favore.

Mafelina.

148 Cingar arivarat dudum festinus ad urbem,
 149 Spontequ bottegam speciari passat inantum,
 150 Qui merdam comprans saiottam coeperat unam,²²
 151 Fecerat et poverum Zambellum carcere poni.
 152 Ipse foras viso confestim Cingare saltat,
 153 Et seguitando procul sbraiat, sta, brutto cavester,
 154 Sta, manigolde, meos dinaros redde, ladrazze,²³
 155 Tu mihi vendisti fezzam pro melle, becone.
 156 Tunc Cingar testes quosdam festinus ataccat,
 157 Em, testate, ait, auditis? testate, fradelli,

{T Book 6 p. 81; Port. 1.165}

²² Saiotta est locusta, quae pro errore frequenter posita est. (A “saiotta” is a grasshopper, which is often used for an error.) Note: the expression sounds like –he’d put his foot on a grasshopper, he’d been taken.

²³ Iniuriarum cumulus. (An accumulation of insults.)

158 Iste bosiardus stercus comprasse fatetur,
 159 Non a Zambello, quid carcere truditur ergo?
 160 Sic, traditore putas, unum trapolare bonhomum?
 161 Sicve potestati foenocchium vendere pensas?²⁴
 162 Sed tua conticui nimium peccata, ribaldo,
 163 Nempe scio certe, nec testibus ipse carebo,
 164 Quod tu sfalsasti, robbam vendendo, bilances,
 165 Ac unam pro alia non cessas vendere cosam.
 166 Nunc ad Palazzum festino, citaberis illuc,
 167 Teque para contra multos deffendere testes,
 168 Crede mihi, faciam tibi sachezare botegam.

Togna.

169 Sic parlans Cingar ficto petit ore Palazzum,
 170 At speciarus habet tali sermone pauram.
 171 Quid faciat nescit, spazzatum se tenet esse.
 172 Non memorat falsas unquam tenuisse bilances,²⁵
 173 Attamen o quantum simili pro errore scagaitat,
 174 Ergo statim currit post gressum Cingar atque
 175 Sic vocat, O, expecta, precor, ola, expecta pochinum.
 176 Sed mercadanti faciebat Cingar orecchias.²⁶
 177 Plus speciarus eum, vocem geminando, petebat.
 178 Tandem se firmat Cingar, quid visque? dimandat.
 179 Ille rogat supplex, audi compagne, parolam,
 180 Ne precor accuses tali de crimine me nunc,
 181 Mox aliquid donabo tibi, nec contra vilanum
 182 Plus piadezabo de stercore melle coperto,
 183 Immo tibi giuro, quod eum de carcere trabo.
 184 Cingar ait, certe scampasti grande periculum,
 185 Namque amisisses totam de iure botegam,
 186 Forsitan et praetor faceret tibi tollere vitam,
 187 Errorem tantum tibi parco nientedimenum,
 188 Quae modo facturus dixisti, dummodo serves.
 189 Sum contentus, ait speciarus, mox trahit extra

²⁴ Foenocchium, fraudem, hinc infoenocchiare pro aggabbare. (Fennel means fraud, thus to “fennel” is to trick.)

²⁵ Frequentatio peccati oblivionem conscientia fecerat. (The repetition of the sin had produced forgetfulness in the conscience.)

²⁶ Proverbium. (Saying.)

190 Taschellam septem quartos, quos praebuit illi,
 191 Cingar eos tollit medicorum more negantum,
 192 Presonemque simul post haec petiere latenter.

{T Book 6 p. 81v; Port. 1.166}

193 Zambellum clamant, restantes extra feratam,²⁷
 194 Qui laetus viso confestim Cingere currit,
 195 Et supplex aliquem sbraiendo petebat aiuttum.
 196 Cingar ait, taceas, taceas, dic, matte, pianum.
 197 De bona voia esto, paveas Zambelle nientum.
 198 Solus ego nunc nunc hoc te de cercare trabo,
 199 Denariosque meos nil resto spendere pro te,
 200 Et iam pagavi multam nunc usque monetam.
 201 Hic homo qui mecum est, ac te battivit atortum,²⁸
 202 lurabit coram populo fecisse bosias.
 203 Zambellus dixit, sed quis pagaverit illam
 204 Merdam, quam fracto mastello perdidit iste?
 205 Cingar respondet, talem mihi desine curam,
 206 Ipse tibi merdae donabo trenta barillos.
 207 Ergo cito vadam, nunc nunc exhibis ab isto
 208 Carcere, tuque veni mecum, speciare, camina.
 209 Hinc simul absentant se propter ad ire palazzum,
 210 Quo Cingar causam Zambelli denique tractat.
 211 Qui tantum fecit cum frappis atque bosias,²⁹
 212 Ut cavat, atque domi Zambellum misit allegrum.
 213 Presonem (veluti mos est) tantummodo pagat.
 214 Et nummos, quos Laena dedit, sua tasca guadagnat,
 215 Immo quos fecit speciarum trare bachioccum.³⁰

Berta.

216 Sed bona Zambellum redeuntem Laena recepit
 217 Quomodo? num basis? laetis num amplexibus? ut mos

²⁷ Ferrum et ferata, ut signum et sigillum, lucem et lucernam. ([Two forms,] iron and iron-covered, like seal and signet, light and lamp.)

²⁸ Atortum, immerito. (Wrongly, unjustly.)

²⁹ Frappae, zanze, biane, nugae, a Macrobio idem reputantur. (Tall tales, stories, fibs, lies, are thought by Macrobius to be the same.)

³⁰ Proverbialiter dicimus facit trare, idest, fallit et abarrat. (Commonly, we say, he makes him shell out, he cheats, he hoodwinks.)*

218 Uxoris carum quae attrectat blanda maritum?
 219 Verum cum solido miserum stangone recepit,
 220 Atque cosiduras saldavit circa giuponem.
 221 Id fuit ipsius requies post carceris usum.
 222 At post quinque dies ipsum vult Laena bonhomum
 223 In mercantiis exercitare quibusdam,
 224 Taschellam quoniam Cingar sugaverat illis,
 225 Unde tapinelli capsam sine pane catarant.

Altera astutia Cingaris.

Ergo comandavit Zambello Laena marito,

{T Book 6 p. 82; Port. 1.167}

226 Quod properans urbi procazzet vendere vaccam,
 227 De qua non modicam sumebant utilitatem.
 228 Omnibus in seris complebat lacte parolum,³¹
 229 Deque suis tortas faciebat Laena povinis.
 230 Et (veluti patres nostri dixere vetusti)
 231 Hanc adhuc in teneris annis dixere Chiarinam.
 232 Ergo Zambellus virgam piliavit aguzzam,
 233 Quam chiamare solet villanica turba goiolum,
 234 Et pungens vaccam, dicebat, va la, Chiarina.³²
 235 Atque facit versum, quem nemo scribere posset.
 236 Sed quia mercati non impararat abaccum,³³
 237 Atque super tesseras ignorat scribere contum,³⁴
 238 Immo super digitos, quoties numerare volebat,
 239 Non passare novem centos potuisset in annos,
 240 Ista pro causa praecepit Laena marito,
 241 Venderet ut vaccam, non toiat alhora monetam,
 242 Ast in credenzam, si quis quid tradere vellet,³⁵
 243 Accipiat, quoniam vult ipsa rescodere nummos.

³¹ Parolum, vas aereum. (A bowl, a copper container.)*

³² Maxima patrum sapientia, qui vaccas etiam baptizare consueverunt. (Great wisdom of [our] fathers, who actually formed the habit of baptizing cows.)

³³ Sibilum, intellige. (Understand syllabary [for *abaccum*, ABC's].)

³⁴ Tesera est virga supra quam villani numerum signant. (Counting stick is a rod on which peasants mark the sum.)

³⁵ Credenzam, creditum, vel caparram, quamvis aliquantisper differant. (As credit, credit, or guarantee, although they may differ for a while.)*

244 Sic faciam Zambellus ait, sta in pace, decasam
 245 Tende quousque tibi veniam, zais valla, Chiarina,³⁶
 246 Et pontirolo stimulans, se portat ad urbem.

Pedrala.

247 Cingar id audivit, Berta referente, quid egit?
 248 Non stetit ad badam, properat, properansque susurrat,³⁷
 249 Qui nimis indusiat, caldum non mangiat arostum,
 250 Allogiatque malum, qui troppum tardus arivat,
 251 Perdidit atque bonum tardata limaga boconem,³⁸
 252 Quae postquam longum sudarat scandere palum,
 253 Decidit, atque suas coepit maledicere frezzas.
 254 Talia dum meditat, sperat lucrare vedellam.³⁹
 255 Et veniens urbem, giudei, nomine Sadoch,
 256 Ingreditur plenam varia de merce botegam,
 257 Qui iudaeus erat dotatus munere trino,
 258 In primis sguerzus, pede zottus, tergore gobbus,
 259 Qui centum poveros usurae sfecerat arte.
 260 Vestimentorum pendebat maximus ordo,

{T Book 6 p. 82v; Port. 1.169}

{T Book 6 p. 83; Port. 1.169}

261 Cappae, giuppones, calcae, variaequae pelandae,
 262 Zachetti, socchae, guarnelli, sive camorae.
 263 Cingar, deposito pegno, velut usus habetur,
 264 Quamdum sguarnazzam frustam, totamque bisunctam
 265 Induit, hanc Manto, camisottum nomine clamat.
 266 Inde facit brettam propriam sibi tradere gialdam,
 267 Et vestes adeo tales simulator adobat,
 268 Quod tu giudaeum pensasses esse daverum.
 269 In plateam vadens (patarinum quisque putabat)⁴⁰

³⁶ Zais, vox bubulchi, cum sistit boves nimis frezzosos. (“Whoa,” is a farmer’s word, when he stops cattle who are too hurried.)

³⁷ Ad badum, ociositer. (At ease, leisurely.)

³⁸ Notanda. ([Sayings] to be noted.)

³⁹ Lucro et medito activa. (I gain and I think about, are active [verbs].)

⁴⁰ Patarinus latine, Hebreus hebraice. Baganai caldee. Maranus arabice. (Patarine in Latin, Hebrew in Hebrew, “Baganai” in Chaldean, and “maranus” in Arabic.)

270 Zambellum procul aspexit, praeunte Chiarina.
 271 Protinus inceptit garletto vadere zotto,
 272 Et claudens oculum sguerzo cum lumine guardat,
 273 Mox faciens gobbam, storto galone caminat
 274 Has tres aglaias iudex Mascreus habebat⁴¹
 275 De passu in passu iudaica verba susurrat.
 276 Zambellus sbraiat, quanto sbraiore valebat,
 277 O, quis homo vult hanc bellam comprare Chiarinam?
 278 Cingar id ascoltans, vix calcat pectore risam.⁴²
 279 Attamen incontra veniens hunc primus affrontat,
 280 Et stralunatis ciliis nervoque striato,
 281 Sic ait, ipse tuam comprabo, matice, vaccam.
 282 Quid vis? quid montat? solum pete, quaeso, doverum.⁴³
 283 Zambellus retulit, si vis comprare Chiarinam,
 284 Da mihi credenzam, peradessum nolo monetam.
 285 Accipe manzolam, quia sic mea Laena comandat,
 286 Quae veniat sabath, quos montat scodere nummos.
 287 Cingar ait, mecum venias, ita nempe pagabo,
 288 Sed mena vaccam (retro lassaverat illam)⁴⁴
 289 Numquid es insanus? Non sum, codesella, va la.

Comina.

290 Ergo marangonis simul intravere botegam.
 291 Cingar credenzam factam lignamine comprat,
 292 In quam tres pisces occultat, nomine barbos,⁴⁵
 293 Qui pisces tales ovos in corpore gestant,⁴⁶
 294 Quales si mangias, ventralia tota cagabis.
 295 Cingar credenzam Zambello misit adossum,

{T Book 6 p. 83v; Port. 1.170}

296 Atque casam versus mandat, retinendo Chiarinam.
 297 Zambellus sudat, nimium credentia pesat,

⁴¹ Aglaia, una graciaram fuit, hic Aglaias per gratias posuit poeta. (Aglaias was one of the [Three] Graces here, the poet places Aglaias for Graces.)

⁴² Risus, risa, risaia et risarola. (Laughter, laughs, laughing, and giggles.)

⁴³ Doverum, debitum. (What is due, owed.)

⁴⁴ Ut supra, carmen truncatum. (As above, a truncated verse.)

⁴⁵ Barbos piscis. (Barbs are fish.)

⁴⁶ Ovus et ovum. (Egg and ovum.)

298 Laetus abit pulcrum pensans fecisse guadagnum.

Gosa.

299 Cingar iudaeo sguarnazzam reddidit unctam,
 300 Vendidit et vaccam iudaeo quippe medemo,
 301 Qui pro mercato florinos tradidit octo,⁴⁷
 302 Nam cito maturum pariet gravidata vedellum.
 303 Non appena quidem tales acceperat aureos,
 304 Zambellum nimio credenzae pondere lentum
 305 Praecedit cursu, tamen altro tramite preso.
 306 Mox rediens urbem contra procul ipse venibat.⁴⁸
 307 Zambellus caricus sudore colabat ubique,
 308 Sed labor est animo nihil importunus alegro.⁴⁹
 309 Sic placuisse putat Laenae, dehinc Cingare viso,
 310 Clamat, ola, Cingar, quo vadis? Quomodo stas tu?
 311 Nonne recordaris, quia merdae trenta barillos
 312 Tunc promisisti quando presone tenebar?
 313 Ne dubita, Cingar dixit, promissa dabuntur,
 314 lam non materia quis erit te richior ista.⁵⁰
 315 Numquid deciperem te, mi Zambelle sodalis?
 316 Quae tibi promisi semel, attendenda memento.
 317 An te picandum modo de presone cavassem,
 318 Si Zambelle tuus non Cingar amasset amicus?
 319 Sis certus quod habes tibi me Zambelle fidelem,
 320 Sunt haec verba, tamen potuisti cernere provas.
 321 Sed dic, credenza quidnam portatur in illa?
 322 Zambellus retulit, tres pisces baiulo dentrum,
 323 Quos mea mangiabit (namque est pregnata) libenter
 324 Laena, nec huic ullum lasso mancare bisognum.
 325 Si non ipse darem quidquid sua voia dimandat,
 326 Pregna meum forsitan posset disperdere puttum.⁵¹
 327 Cui Cingar, quantam facis o Zambelle, bonopram.
 328 Sed bene sunt pisces, velut est usanza, scaiandi,
 329 Tuque tuae debes gravidae succurrere Laenae,

⁴⁷ Florinus, genus ducati. (A florin is a kind of ducat.)

⁴⁸ Venibat pro veniebat. (He came, [two different spellings].)

⁴⁹ Notandum. (To be noted.)

⁵⁰ Quis per aliquis. (One for anyone.)*

⁵¹ Dixit meum, cum teste Xenophonte nemo scit, nisi foemina. (He says my [child], although according to Xenophon, no one knows, except the woman.)

330 Namque cosinandi non det portare fadigam,

{T Book 6 p. 84; Port. 1.171}

331 Forte creaturam tali ammazzare labore
 332 Posset, abortivum faciens, mortumque putinum.
 333 Tunc per abortivum putat hunc dixisse botirum.
 334 Quapropter Zambellus ait, non illa botirum
 335 Plus faciet, vaccam vendivi namque Chiarinam.
 336 Attamen o quantum bene me nunc, Cingar, avisas,
 337 Ipse cosinabo, nolo mea Laena cosinet.
 338 Scaiabo pisces, quantum scaiare valebo.⁵²
 339 At Cingar, Zambelle meus scaiare necesse est.
 340 Sed sta in pace, tuam me semper habebis apostam.
 341 Sic dicens, ibat tanquam frezzosus ad urbem.

Mafelina.

342 Denique Zambellus Cipadae straccus arivat.
 343 Quem tenuit dudum carica tum Cingar apostam.⁵³
 344 Non sua, cum iunxit sofians, erat uxor acasam,
 345 Forte duos, vel tres procul iverat inde mearos,
 346 Et secum portans clavem, concluderat ussum.⁵⁴
 347 Ergo Zambellus ponit de tergore sommam,
 348 Vultque disinatum pisces scaiando parare,
 349 Ast intrare nequit per portam, sive fenestram.
 350 Blasphemat piscemque cupit scaiare, nec ordo est.
 351 Sed tandem tandem testam sic saepe gratavit,
 352 Quod reperit fogiamque novam, studiumque galantum.
 353 Providus in primis tavolettam suscipit unam,
 354 Supra quam pisces tres illos ordine conzat.
 355 Post haec in terram sub Phoebi luce reponit.
 356 Inde salit cuppos cum scala desuper altos,
 357 Ac ibi camisiae brazzos smanicavit utrosque,
 358 Inque scaias coepit fragiles convertere cuppos,⁵⁵

⁵² Scaiare, disquamare pisces gladio. (To scale, to skin a fish with a knife.)

⁵³ Apostam, ad tuum comandum, aliter significat sponte, unde Godianus, Pyramus et Tisbe se se scanavit apostam. (Deliberately, at your command, the contrary means of ones own accord, whence Godianus: Pyramus and Thisbe slit their own throats on purpose.)*

⁵⁴ Ussum, bostium. (Door, doorpost.) Note: *bostium* for *postium*]

359 Quas iacendo giusum, forma scaiabat in ista⁵⁶
 360 Pisces, tectum scovertans, illosque sbudellans.
 361 Sic inparata noster cosinarus accortus,
 362 Cupporum fragili studiare scaiamine barbos.
 363 Hoc si partito scaiarent undique pisces,
 364 Possemus de nocte poli guardare serenum.

Gosa.

{T Book 6 p. 84v; Port. 1.172}

365 Laena sed ecce superiungit, videt inde fracassum,
 366 Nam tempiellos, travosque retexerat omnes
 367 Perque domum totam rutilans penetrabat Apollo.
 368 Proh dolor, ut vidit tantam bona Laena ruinam,
 369 Mezza morta cadit,
 370 Ah manigolde, gridat, boiazzaque, bestia matta,
 371 Cernere quem possem modo scavezzare colengum.
 372 Quid, poltrone, cagas? Quis teque diavol agrezzat?
 373 O Deus, en quali sposatur Laena marito.
 374 Cur non sum potius magno maridata Veraso?⁵⁷
 375 Sit maledicta dies, in qua mea mater Agnesa
 376 Dixit, Zambellum summes, o Laena, maritum.
 377 Quid, diavolazze, furis? sta quacchius, brutte gaioffe,
 378 Non cessas ancora domum scovertere? me, me,
 379 Me miseram, descende cito, descende dabassum.

Togna.

380 Zambellus magnam se sentit habere scagaitam,
 381 lamque tracagnadis schenam disponit adusam,
 382 Attamen in scala, dum culmine smontat ab alto,
 383 Dicebat, piscem scaiavi, parcere debes.
 384 Laena sed in furia non audit verba mariti,
 385 Omnibus ut forcis scalam ruzavit in illam,⁵⁸

⁵⁵ Scaia, teste Servio, est fragmentum saxorum cupporum ve, vel cuiuslibet vasis fragilis. (A shard, according to Servius, is a fragment of rocks or tiles, or of fragile dishware of whatever sort.)

⁵⁶ Giusum, zosum, deorsum. (Down, downwards, below.)

⁵⁷ Verasus est spiritus qui vertitur in lupum et infantes vorat. (A werewolf is a spirit who is turned into a wolf and devours infants.) Note: 1692 has *evertitur*.

386 Quod prestum plus quam voluit descendit, et aspram
 387 In tellure dedit, scala cascante, culadam.
 388 Oyme, gridans, oyme, perdona Laena, rabiabat,
 389 Perdonanza precor, faciam non talia maium.
 390 At supra trippam saltaverat illa mariti,
 391 Quem pugnīs, calcisque simul furiosa marazzat.
 392 Visinanza venit, rumore sense rat illum,
 393 Zambellum retrovant sub Laenae calcibus esse.
 394 Nil mirantur enim, quia res non illa novella est,
 395 Nam bastonabat mentionem Laena maritum.
 396 O quanti similes Zambello saepe catantur,⁵⁹
 397 Quos ego non homines, castrones immo vocandos
 398 Iudicio, nec dignos Phrixi scampare cavallum.

Togna.

{T Book 6 p. 85; Port. 1.174}

399 Inquirunt causam villani, Laena recunctat,
 400 Quam tamen ut placidis confortavere parolis.
 401 Non stetit interea Zambellus carpere possam,
 402 Excavat obtritos de sub rottamine barbos,
 403 Inde coquit, mangiatque ovos, mangiat quoque restum,
 404 Quo facto summens bastonem vadit ad urbem.

Berta.

405 Ast alio Cingar sentero protinus ivit
 406 Ad Laenam, casum Zambelli namque notarāt.
 407 Quamvis ridendi sibi plurima voia veniret,
 408 Attamen o quantum cordoium fingit habere.
 409 Biasmat Zambellum, quod erat sic absque governo,
 410 Nec piet hormaium mentem, sensumque virilem.
 411 Laena magis plorans, sua maxima damna recontat,
 412 Maxime credenzam pro vaccae pignore toltam,
 413 Nec (quod peius erat) scit quis deceperit illum.
 414 O mala res, inquit Cingar, sed desine Laena,
 415 Aut vaccam, aut nummos spero quod habebis adessum.

⁵⁸ Ruzavit, impulit, bergamascum est. (She rushes against, she strikes, it's Bergamasque.)

⁵⁹ Exclamantiuncula poetica. (A little poetic exclamation.)

Alia Cingaris astutia.

416 Dixerat, et veteres secum meditando magagnas,
 417 It celer, ac mediam Zambellum scontrat in urbem.
 418 O poverete, inquit, fecisti nempe maronem,⁶⁰
 419 Perdisti vaccam, perdisti, matte, quattrinos.
 420 Non habes inzegnum, tibi dico, quando piabis
 421 Sentimentum aliquod? quando aguzzaberis unquam?
 422 Grossolane, levis, tantas tibi dicere voltas
 423 lam sum straccus ego, qua guisa vivere debes.
 424 Sed dic, an scires hominem cognoscere, qui te,
 425 Dando credenzam, vaccamque piando, gabavit?
 426 Cui Zambellus, ita possum cognoscere vaccam,
 427 Cuius si velles signalia discere, Cingar,
 428 Haec habet in testa duo cornua, squassat orecchias,
 429 Garlettosque super malnettos saepe scagazzat.
 430 Non ita, Cingar ait, scio quod duo cornua gestat,
 431 Sed compratorem dico, si dicere scires.
 432 Anh, Zambellus ait, scirem cognoscere certe.⁶¹

{T Book 6 p. 85v; Port. 1.175}

433 Non habet ille duas cornas, sed, quando caminat,
 434 Zoppegat, et guardans, oculos stravolgit adossum,
 435 Estque suae brettae color ut merdella putini.⁶²
 436 Anh, scio quid dicis, respondet Cingar, eamus.
 437 Ad corpus sancti Petri, tibi reddere vaccam
 438 Ille bisognabit, mecum, Zambelle, venito.
 439 Dum sic parlabat, festinus trottat, et ipsum
 440 Zambellus seguitat quandoque molando corezas,
 441 Barborum quoniam disturbant ova budellas.
 442 Fortius it Cingar, curritque per omne viarum
 443 Carrobium, grandem vix cogens pectore risum.⁶³
 444 Ad iudaeorum centradas ire volebat,
 445 Et versus divam flectit vestigia Gadam,⁶⁴

⁶⁰ Maronem, fallum, errorem. (Blunder, slip up, error.)

⁶¹ Anh, responsi. ("Ah" -- in response.)*

⁶² Pulchra similitudo gialdi coloris. (Pretty simile of the color yellow.)

⁶³ Carrobium, trivium. (Crossroads, intersection.)

⁶⁴ Gadam, Agathen. ('Gatha, Agatha.)*

446 Mox Hospitale transit, templumque Lonardi,
 447 Ad quod stradiculas centum discursitat omnes.⁶⁵
 448 Hinc Ioaninarum freghezat claustra sorarum
 449 Divum Franciscum, vos Sanctos praeterit omnes,
 450 Perque Bredam medii sanctum vult cernere Marcum.⁶⁶
 451 Hic quoque perdonum Cingar devote piavit.
 452 Iam cagarola piat Zambellum, iamque petezat,
 453 Iam tenet appena, ventum schitarola sequebat.⁶⁷
 454 Nil restat Cingar, Sebastianica templa
 455 Visitat, et quasdam fangosas praeterit oras,
 456 Quas cantam Ranam vocitant, sed tempore divae
 457 Gonzagae venient pars nostrae pulchrior urbis.⁶⁸
 458 Tiresiae portam iungunt, quam grossa Ceresum
 459 Plebs vocat, unde homines non passant absque boletta.
 460 Zambellus potuit liber transire gabellam,
 461 Signatam quoniam portat de retro bolettam.⁶⁹
 462 De passa in passa sloffis poltronus amorbat,
 463 Postergant paulam, veniunt ad Smorbia pontem
 464 Arlotti, viso Carmelli denique Fano,
 465 Ad iudaeorum stradas vestigia torquent.
 466 Ac ita sat magnum Cingar compleverat, O,⁷⁰
 467 Ante sinagogae portam Zambellus arivat,
 468 Ac ibi naturae cedens, ventramina sborrat.

{T Book 6 p. 86; Port. 1.176}

469 Inde levans sursum, clamato Cingare, dixit,
 470 Quomodo, mi Cingar, merdam portabimus istam?
 471 Cingar ait, primum videamus habere Chiarinam
 472 Mox botesinellum ligni comprabimus unum.
 473 En inter gialdas subtiliter aspice brettas,
 474 Tenta si posses, emptorem noscere manzae.⁷¹

⁶⁵ Quare sic faciebat, intellige inferius. (Why he was doing this, understand below.)

⁶⁶ Has contradas mantuanus solus intelligit. (Only a Mantuan understands these neighborhoods.)

⁶⁷ Ecce causa cursitationis. (Here is the reason for the running around.)

⁶⁸ Gonzaga. (Gonzaga.)

⁶⁹ Appositio. (Apposition.)

⁷⁰ O circulum, carmen truncatum. ("O," in circle, the verse is truncated.)*

⁷¹ Manza pro vacca, nam veluti gradatim humanam aetatem nuncupamus, sic bestialem, ut infans puer, iuvenis vir, sic vitulus, vitellus, manzus, bos. (Beef for cow,

475 Sic dicens, Sadoch trapassant ante botegam,
 476 En, Zambellus ait, mi Cingar, respicis? ecce
 477 Sguerzis adest, quo bella fuit comprata Chiarina.
 478 Ingreditur Cingar turbata fronte botegam,
 479 Traxit et a cincto largum pugnale galono,
 480 Inde levans dextram, collum brancante sinistra,
 481 Dicebat, patarine ladro, patarine ribalde,
 482 Sic christianam pensas trapolare brigatam?
 483 Hic poverettus homo vaccam tibi vendidit unam,
 484 Et tu credenzam ligni, piscesque malignos,
 485 Qui fecere sibi medium sborrare fiatum,
 486 Propter credenzam, quae pignus dicitur, offers?
 487 Redde suam vitulam, si non tibi taio colengum.

Pedrala.

488 Corripitur tanto iudaeus alhora spaventu,
 489 Quod parlare nequit, Cingar magis exprobat, urtat,
 490 Smargolat, et multam facit illic currere gentem.⁷²
 491 Causa recircatur, Cingar bravegiando recontat,
 492 Iudaeus gridat, quid dicas nescio, sed tu es
 493 Qui mihi vendisti vaccam, non iste vilanus,
 494 Florinosque tibi doros sborsavimus octo.
 495 Non, Zambellus ait, non sic est, o cagasanguis.
 496 Te cognosco illum, cui vendita vacca Chiarina est.
 497 Ecce marangonus, credenzam qui tibi fecit.

Gosa.

498 Cingar eum clamat, strepitum qui currit ad istum,
 499 Ola, marangone, O, scis testis, quis fuit ille
 500 Ad quem credenzam vendisti? nonne ribaldus
 501 Iste fuit sguerzus? dic verum, nonne gaioffus
 502 Iste fuit zottus? dic verum, nonne ladrazzus

{T Book 6 p. 86v; Port. 1.178}

for just as we express human age by stages, thus too animal age, as infant, child, youth, thus nursling, calf, cow, bull.)

⁷² Proprius actus giotonis est, verbis bravosis gentem convenire, quo creditum fidei detur. (It is a trickster's act, to gather people together with boasting words by which he may be given trust.)

{T Book 6 p. 87; Port. 1.178}

503 Iste fuit gobbus? dic verum nonne? quid inquis?
 504 Marangonus ait, sic est, vult forte *negare*?
 505 O Deus, a sguerzis, zottis gobbisque cavendum est.⁷³
 506 Cingar respondet, parlasti vera, magister.
 507 Nulla fides gobbis, mancum, mihi credite, zottis,
 508 Si sguerzus bonus est, inter miracula scribam,

Mafelina.

509 Ergo sinagogam iudaeus congregat omnem,
 510 Ut faciunt quando dischiavant foederis arcam.
 511 Hic erat Haminadab, Roboam, Iosafattus, Abia,
 512 Zorobabel, Mathan, Esrom, Tobbia, Naason,
 513 Eliud, Alchimelech, Iechonias, Helcana, Salmon,
 514 Matusalem, Boz, Rab, Achas, Malachia, Rut, Azor,⁷⁴
 515 Abdenago, Sidrach, Manasses, Oziaque tandem.
 516 Barbottant *an ha ay, men he ey*, faciuntque tumultum,⁷⁵
 517 Ut sagatare ocham vellent clamando Mesiam.⁷⁶
 518 At potuere satis tunc brontolare gaioffi,
 519 Atque sacerdotem scripturae Salathiellum
 520 Consultare suum.
 521 Altorumque tulit doctrina cabalica nullum,⁷⁷
 522 Nam Cingar tantum minitanti voce gridavit,
 523 Quod bonus et sguerzus Sadoch cito reddidit una
 524 Vaccam cum vitulo, quem nunc enixa levarat.⁷⁸
 525 Zambellus vaccam, vitulum sed Cingar aquistat,
 526 Namque probat, sic sic propriam meritasse fadigam.
 527 Et sic Zambellus mansit, Sadochque gabatus.

⁷³ Laus signatorum a deo. (Praise of signs from God.)

⁷⁴ Boz, Rab chaldei dicitur, schinnefton, idest vulgariter Boda ravi. (“Boz” is called “Rab” in Chaldean, “schinnefton” means “Boda-ravi” in common speech.)*

⁷⁵ An ha ay, Zucconus gramaticus hebreus, haec verba, plenissima interpretavit, (“An ha ay” -- Zucconus, a Hebrew grammarian, fully interpreted these words.)*

⁷⁶ Sagatare, sacrificare. (To slit open, to sacrifice.)* Note: see note to *Baldus* 8.338 in Chiesa, UTET.

⁷⁷ Scientia Cabala. (The Cabala doctrine.)*

⁷⁸ Bonus et sguerzus, quasi miraculose ponit, quod sguerzus sit bonus. (Good and one-eyed, it is almost stated as a miracle, that a one-eyed person could be good.)

Comina.

528 Fecerat interea recopri Laena cassetam.
 529 Tantam Zambellus sborravit denique merdam,
 530 Per stradas urbis, retro ducendo Chiarinam,
 531 Quod iam lectores video nimis instomacatos,
 532 Atque meae musae nasum tenuere stopatum.
 533 Parcite, si nimium vestras implevimus aures
 534 Hac de materia, quia verum dicere cogor,
 535 Et magis implenda est auris, quam bucca. Valete.

Explicit sexta macaronice phantasiae.

{T Book 7 p. 87v; Port. 1.179}

Book 7

Magistri Acquarii argumentum in
 phantasiae Macaronicen septimam,

1 Cogitur incastos fratrum describere mores,
 2 Squallida Motellae qui male templa colunt.
 3 E quibus incontrant duo fratres pseudo, nephandi
 4 Zambellum, vaccam qui menat ante suam.
 5 Frater cui nomen Polazzus fingit amictum.
 6 Vaccam Zambelli dicit et esse capram,
 7 Zambellus negat hoc, fit lis, fit pactus ab ipsis,
 8 Perdit Zambellus frater aqúistat eam.
 9 Cingar id auscultat, pravos dannando, bonorum
 10 Religiosorum carpit inique decus.
 11 Mottellamque petit, Zambellum, praeque Copinum
 12 Menat, ibi fratres cocta Chiarina cibat.
 13 Cingar it ad mensam, post caenam membra Chiarinae
 14 Colligit et sepelit, diique deaeque gemunt.

Merlini Cocaii poetae Mantuani
 macaronice septima Phantasiae.

1 Nil nisi crassiloquas dicor scivisse camoenas,
 2 Crassiloquis igitur dicamus magna camoenis,

3 Siste labrum. Quare? Cupies tacuisse, tacendum est.¹
 4 Quod nocet? Immo nocet vatem nimis esse loquacem.
 5 Vera loquor. Num vera loqui tibi convenit uni,
 6 Num sequar errorem communem vera silendo?
 7 Et facis errorem tu solus vera loquendo.
 8 Vera loqui est error? non error vera tacere?
 9 Nam bona se interdum David siluisse fatetur.
 10 Interdum silui, interdumque loqui mihi fas est.
 11 Est (fateor) seu vera loqui, seu vera silere
 12 A scriptum laudi, sed laus magis aequa tacendi est.
 13 Id nondum sed ita quid sit tacuisse probavi,
 14 Utile nil reperi, nunquid culpabile? quantum.

{T Book 7 p. 88; Port. 1.182}

15 Fer causam, dicam, si mites arrigis aures.
 16 Arrigo, iam satis est, dixisti, iure tacendum est.
 17 Tu facies melius Zambelli dicere vaccam,
 18 Ergo Zambelli vaccam, Mafelina, canamus.

Mafelina.

19 Est locus arrentum Cipadae mille cavezzos,²
 20 Qui, velut historiae ponunt, Motella vocatur.³
 21 Parvula villa casis, at largis maxima campis.
 22 Illic semirutis ecclesia vecchia murais
 23 (Ut multas etiam nunc cernimus ire demalum)⁴
 24 Officiabatur quorumdam semine fratrum,
 25 Officiare solet gens ut todescha tavernam.
 26 Sub quali norma vivebant, nescio certe,
 27 Nunquid sub magni Benedicti legibus? absit,⁵
 28 Nunquid sub fidei Augustino robore? nec sic⁶.

¹ Dialogizat secum poeta. (The poet dialogs with himself.)

² Arentum, prope. Cavezzus, genus mensurae constans, ut penso, tribus ex cubiis (Near by, near. Cavezzo is a type of fixed measure, as I deem, of three cubits.)*

³ Motella. (Motella [name of monastery].)

⁴ Demalum figura est, ut todannum. ([Going] bad is a figure [of speech] like to your harm [*todannum, tuum damnum*].) Note: See T Book 1, pp. 40v and p. 45.

⁵ Norma Benedicti inter, leges approbata. (The laws approved during the Rule of Benedict.)*

⁶ Augustinus. Franciscus. ([St.] Augustine. [St.] Francis.)

29 Francisci nunquid sub paupertate? nequaquam.
 30 Sed, velut exterius meditor, sub fratre Stopino,⁷
 31 Cuius, si vellem porcinos scribere mores,
 32 Addubito quod pane boni vinoque carerent.⁸
 33 Ille suos docuit fratres praecepta coquinae,
 34 Atque lecatoria doctores fecit in arte.

Mafelina.

35 Ergo duo fratres ex his qui grata colebant
 36 Claustra lecardiae, veteri brotamine sporca,
 37 Nescio quo pariter frezzosis passibus ibant.⁹
 38 Incostumati, graduum sine lege trotantes,
 39 Girovagi, molles, nugaces, absque pudore,
 40 En sibi Zambellum cernunt occurrere longe.
 41 Qui sfortunatam guidat, stimulando, Chiarinam.
 42 Unus, quem fratrem Polazzum nomine dicunt,¹⁰
 43 Protinus egregiam meditatur fingere truffam,
 44 Alloquitur socium, qui frater dicitur Antoch,¹¹
 45 Siste gradum, quoniam vaccam luerabimur illam,
 46 Namque gabare volo quem cerno venire bonhomum,
 47 Dixerat, et frustra gestatas illico cappas
 48 Exubit/Exuit apparens fans in giuppone galantus.¹²

{T Book 7 p. 88v; Port. 1.183}

49 Ad manicum crucis illum quisque putasset ineptum,
 50 Astabilem magis ad roncam spetumque Bolognae,
 51 Tolle viam chierigam, soldati forma videtur,
 52 Antoch se in bosco vicino iussus amacchiat,¹³
 53 Inter se quoniam sic ordo ponitur iste.
 54 Polazzus tanquam laicus celer obuius andit

⁷ Frater Stopinus. (Father Stopinus.)

⁸ Boni religiosi pro malis plurima patiuntur incommoda. (Good clergy members suffer a great many inconveniences on account of the bad.)

⁹ Alumni Fratris Stopini. (Students of Father Stopino.)

¹⁰ Frater Polazzus. (Father Polazzo.)

¹¹ Frater Antoch. (Father Antoch.)

¹² Fans fantis. (Page, of the page.) Note: *exubit*, may be a simple error: 1583 and 1692 have *exuit*.

¹³ Amacchiat, latet in machione. (He ambushes, he hides in a large bush.)

55 Zambello, quo vadis, ait, villane cuchine,
 56 Quove illam ducis capram? Zambellus ad illum
 57 Respondet, capram? doli lanchum, vacca Chiarina est.
 58 Est capra, frater ait. Non est, respondet at ille.
 59 Polazzus bravans, veniat tibi cancar in occhis,
 60 Est capra, dico tibi. Zambellus, doh codesella
 61 Non ego cognosco capram, vaccamque Chiarinam?
 62 Non habet ista (vides?) barbam, sed longa dedretum
 63 Cauda ficata parat musca, cagatque boazzas,
 64 Nec *be* quando gridat, sed *bu* pronuntiat ore.¹⁴
 65 Polazzus dicit, capra est, nam cornua gestat,
 66 Rasisti barbam fortasse, coamque tacasti.¹⁵
 67 Non ego sum, Zambellus ait, barberus, et ipsam
 68 Radere nescirem vaccam, sed mungere tantum.
 69 Ne dicas, Polazzus ait, scio mungere vaccam,
 70 Dic capram, quoniam capra est. Zambellus ad illum,
 71 Non est sic, duras cagat quia capra balottas.
 72 Polazzus, fingens coleram blasphemmat et inquit,
 73 Ludere vis contra ducatos quatuor illam?
 74 Sic Zambellus ait, volo ludere, sborsa daneros,¹⁶
 75 Si mea vacca potest, quod non sit vacca provari,
 76 Non ero Zambellus, nec erit plus vacca Chiarina,
 77 Atque guadagnabis capram, si capra Chiarina est.
 78 Sum contentus, ait Polazzus, quis tamen istam,
 79 Ecce Romitus adest, poterit decidere causam.
 80 O pater, huc vestras pochetum flectite gambas,
 81 Et date iudicium (lis est non parvula) saldum.
 82 Is ostinatur, velut est usanza vilani,¹⁷
 83 Quod capra non illa est, quam menat, et esse vedellam,
 84 Aut vaccam zurat. Quidnam, pater, inquitis hac re?

{T Book 7 p. 89; Port. 1.184}

85 Ille refert dicens, quod sit capra diceret orbus.

¹⁴ Be vox caprae. Bu vox vaccae. (Beh is the goat's sound, boo is the cow's sound.)

¹⁵ Coa mantuanice pro cauda. (Tail in Mantuan is "coa" [shortened from] "cauda.")

¹⁶ Daneros rustici dicunt. (Cash, rustics say.)

¹⁷ Imperfectio orationis, sic Vergilius, Audiatur haec tantum vel qui venit, ecce Palemon. Veniebat enim alius Frater Antoch. (An unfinished speech, as in Vergil, "Audiatur haec tantum vel qui venit, ecce Palemon." Indeed another brother, Antoch, was coming.) Note: *Eclogue* 3.50.

86 Tu ne, vilane, capram praesumis dicere vaccam?
87 Vade, quod es mattus, capram, me iudice, perdis.

Gosa.

88 Ergo Zambellus sine vacca restitit illic,
89 Et miseram fratres secum duxere Chiarinam.¹⁸
90 Interea Cingar veniebat solus ab urbe,
91 Zambellumque catat plangentem more putini.
92 Quid, Zambelle, facis? cur ploras? est ubi vacca?
93 O, quia sum mortuus, retulit Zambellus, et oyde
94 Uxor amazzabit me me mea Laena debottum.
95 Cingar tunc risit dicens, ubi vacca Chiarina est?
96 Est morbus, Zambellus ait, qui nunc tibi mangiet
97 De facie nasum, non est plus vacca Chiarina,
98 Tu mihi fecisti pro vacca reddere capram.
99 Cingar respondet, quis ait, quod capra Chiarina est?
100 Zambellus, quidam sic frater dixit adessum.
101 O, ergo, Cingar ait, credis, poverelle, capuzzo?¹⁹
102 Donastique fidem fratri, qui si malus extat
103 Non scelus in mundo, quod non committat? eamus.

Togna.

104 Tunc quia promptus erat, fratres cito iudicat esse
105 Illos, qui renegant tonsuram mille fiatas.
106 Attamen, ut facimus laici nos saepe, malorum
107 Religiosorum culpa, mordebat honorem
108 Sanctorumque decus patrum, moresque bonorum.²⁰
109 Quo diavol, ait, tanti venere capuzzi?
110 Nil nisi per mundum video portare capuzzos.
111 Quisquam vult fieri frater, vult quisquam capuzzum.
112 Postquam giocarunt nummos, tascasque vodarunt,
113 Postquam pane caret cophinum, celaria vino,
114 In fratres properant, datur his extemplo capuzzus.
115 Undique sunt isti fratres, istique capuzzi.

¹⁸ Bene miseram quae per tot infortunia transibat. (She [Chiarinam] was crossing over quite miserable on account of so many misfortunes.)*

¹⁹ Capuzzus, habitus religiosi. (A cowl, a religious habit.)

²⁰ Cingar maledicus inter alias virtutes suas fuerat. (Among his other talents, Cingar was a blasphemer.)*

116 Qui sint nescimus, discernere nemo valeret
 117 Tantas vestitum foggias, tantosve colores.
 118 Sunt pars turchini, pars nigri, parsque morelli,

{T Book 7 p. 89v; Port. 1.185}

119 Pars albi, russi, pars gialdi, parsque bretini.
 120 Ipsorum tanta est equidem variatio fratrum,
 121 Quod non discerno Bernardum de Benedicto.
 122 Quantae stant coelo stellae, foiamina sylvis,
 123 Tantae sunt fratrum normae, tantique capuzzi.
 124 Si per iter vado telluris, cerno capuzzos,
 125 Si per iter pelagi, non mancum cerno capuzzos,
 126 Quando per armatos eo campos, cerno capuzzos,
 127 Sive forum subeo, seu barcam, sive tavernam,
 128 Protinus ante oculos aliquem mihi cerno capuzzum.
 129 Nil nisi per stradas video discurrere fratres.
 130 Nonne satis bastat sapientis regula Christi?
 131 Istorum fratrum cumulus iam tantus olevit,
 132 Quod sine soldatis christianica turba manebit.²¹
 133 Non erit aequoreis qui remum ducat in undis.
 134 Non qui martellet ferrum, vel mantice foghet.
 135 Non qui descendens montagnas, tecta covertet.
 136 Non qui per terras it gridans, spazza caminum.
 137 Non qui scarparum turet cum dente coramum.
 138 Non qui substigans asinos, pronunciet, ari.
 139 Non qui scorteghet manzos, vendatque figatum.
 140 Non qui ventrones vacuet, lavet inde busecchas.
 141 Non qui verghezet lanam, gucchietque biretas.
 142 Non qui zavattas renovet, sparamenta reponat.
 143 Non qui bagnificet barbam, tollatque rasoro.
 144 Non qui praeduris scarpellet marmora picchis.
 145 Non qui porcellos castret, conzando lavezos.
 146 Non qui sumpta molet frumenta, robetque farinam.
 147 Non qui sit tandem sguatarus, pegorarus, arator.
 148 Hoc genus est hominum, qui claustra superflua captant,
 149 Namque superstitione sola his in fratribus ambit.
 150 Illic nobilitas sub rusticitale laborat,
 151 Ambitio quoniam villanos unica brancat.²²

²¹ Christianica, quatri sillabum est. (Christian -- "Christianica" -- is quadri-syllabic.)
 Note: *olevit* in 1552 has been changed to *fiebit*.

152 Pompeiana tument fastigia, Caesaris alta
 153 Mens ambit superos. quidni? minus atria regum
 154 Dedecet hoc vitium, sed, proh, quid sueta ligone,

{T Book 7 p. 90; Port. 1.187}

155 Vomere et attrito rigidas subvertere glebas
 156 Rustica progenies aspirans grandibus ambit?
 157 En pastus siliquas, paleis caput obrutus, et qui
 158 Non nisi festivo tellurem tempore sputis
 159 Inficit, abiectus, sordens, alienus ab omni
 160 Morigero cultu, tantum suefactus aratro,
 161 Aut stimulare boves, aut stercus fundere campis,
 162 Sedis honorificae culmen cupit, optat, et ambit.
 163 O si primatum numerarier agmine posset,
 164 Quanta videretur sibi gloria, fastus honorque,
 165 Per fas sive nefas reliquis opponere se se
 166 Patribus, et quas tot servarunt tempora normas
 167 Vertere, ut interpres melior, legumque peritus
 168 Adsit praeceptor, plus quam matura vetustas.

De prae Iacopino.

169 Talia dum Cingar fallaci murmurat ore,
 170 Prae Iacopinus adest Cipadae parochianus,
 171 Qui bene vivendi nunquam cognoverat artem.
 172 Cingaris ipse fuit dilectus semper amicus.
 173 Nescio quis certe codegonus vescovus illum
 174 Ordinarat enim, permittens dicere missam.
 175 O quantos hodie cognoscimus esse Copinos.
 176 Inter virtutes alias, quas noster habebat²³
 177 Prae Iacopinus, erat castrono doctior omni.
 178 Andagando scolam denos passaverat annos,²⁴
 179 Quod supra tolam non imparaverat, a b.²⁵
 180 Unde bisognabat sub hac arte docere pedantum.

²² Abusio de villanis ambitiosis. (Abuse of ambitious peasants.)

²³ Notandum. [Manus]. (To be noted. [Pointing finger.]

²⁴ Andagando, saepe eundo. (Was going, was often going.)

²⁵ Tolam, tabellam supra quam alphabetum a pueris discitur. (A tablet is a board on which the alphabet is taught to children.)

Alphabettum prae Iacopini.

181 A, marangonis sestum monstrando iubebat,²⁶
 182 Ragiantemque magis vocem fundebat aselli,
 183 Namque asinus quando sbraiat pronunciat, a, a.²⁷
 184 B, simile est ferris, quae fort in carcere latro.
 185 Discitur, ille diu quid sit cognoverat ante,
 186 In presone stetit quoniam sforzando puellam.
 187 At si durus erat, castronis voce gridabat,
 188 Ut constat, sic vox proferi castronica, b, b.

{T Book 7 p. 90v; Port. 1.188}

189 C, manico secchiaie brancat, manico ve lavezi,
 190 Explicuitque illud si vellet pascere porcos.
 191 Nam, velut insecnat nostrae parlatio terrae,
 192 Dicunt, quando volunt porcellos pascere, c, c.
 193 D, facilis didicit, nec opus fuit arte doceri,
 194 Blasphemare Deum fuerat sua semper usanza.
 195 E, arcum caricat chorda retinente sagittam,
 196 Si bene non ista forma captare valebat,
 197 Praesbiter effectus didicit, qui smergolat, e, e.²⁸
 198 F, timuit semper, quia prima est littera forchae,
 199 Falsificare tamen dinaros noverat hoc f.
 200 G, quia balbus erat non imprendivit, et inde
 201 *Loria in excelsis*, non *Gloria* ferre solebat.
 202 Versificatores, H, pro nulla reputarunt.
 203 I, quoniam parvum forma extat, quale Copinus,
 204 Tradidit ingenio, quod si de mente cadebat,
 205 Voce cavallina dicebat protinus, i, i.
 206 K, non ante quidem, melius sed retro ferebat
 207 Si tamen, ut lingua dixit, G, iunxerat et A.
 208 L, didicit ferro, quo in pratis herba segatur,
 209 Et quo magra solet pingi mors supra muraias.
 210 M, smanicat furcam, vocitans hanc Mantua rascum.
 211 N, Studium docti conclusit Prae Iacopini,
 212 Nam que duos inter lignes fuit ille picatus.

²⁶ A. B. C. etc. (A. B. C...) Note: Each letter of the alphabet is placed as a marginal gloss.

²⁷ A vox asini. (Sound from an ass.)

²⁸ Smergolat, gridando cantat. (He yells, he sings while screaming.)

213 O, sed grata fuit Iacopino littera tunda,
 214 Ex hostariis hanc cernens, ibat in illas.
 215 P, pastorem multos portare videbat,
 216 Quos habiles magis esse boves cazzare provabat.
 217 Q, taceo quoniam iungens falcem male cantat.²⁹
 218 Caetera quid referam? potuit comprehendere nunquam.

De missa Prae Iacopini

219 Iugiter is missam foggia dicebat in una,
 220 Nec crucis in fronte signum formare sciebat.
 221 Inter Confiteor parvum discrimen et Amen
 222 Semper erat, iam iam meditans adiungere finem.
 223 Incipiebat enim nec adhuc, In nomine Patris,

{T Book 7 p. 91; Port. 1.189}

224 Quod tribus in saltis veniebat ad Ite misestum,
 225 In medio missae, faciebat quando Memento,
 226 Ad rostum positam meditabat semper ad ocam,
 227 Sollicitus nimium si gatta comederit illam,
 228 Aut oblitus erat spumam summare pignattae,
 229 Terque quaterque die missam celebrasset in uno,
 230 Dum tamen offertam posset brancare maniplo.
 231 Vendiderat calicem dorum, doramque patenam,
 232 Inque latesinis denaros spenderat omnes.³⁰
 233 Non corporales centum renovasset in annos,
 234 Purificatorios mancum, qui semper habebant
 235 Centum de vino macchias, centumque recammos.
 236 Albior est illis spurchae tovaia tavernae,
 237 Albior est descus, gens quo todescola trincat.
 238 Iste fuit pretus, qui, dum sacrosanta levabat
 239 Corpora, supra figum vidit montasse vilanum,
 240 Unde reclamabat, Sursum diabolus ivit,
 241 Parens quod Christum sic diceret esse diablum.³¹
 242 Dum confessabat, per quattros nempe sisinos³²

²⁹ Note: Tonna explains this with *quondam fuit* (he/she once was) which could be used on a gravestone.

³⁰ Latesinus melior bocconus vituli. (A nursling is the best mouthful of veal.)*

³¹ Hanc historiam diffusius narrat Solinus. (Solinus narrates this story extensively.)*

³² Sisinus genus numi. (A penny is a kind of coin.)

243 Scortas, et ladros vitio solvisset ab omni.
 244 Massaram nunquam vecchiam Iacopinus habebat,
 245 Dicens quod foedant bava stillante manestram,
 246 Aut opus est unam ter semper dicere cosam,
 247 Numque sonant vecchiae sordinam saepe vocatae.³³
 248 At iuvenis massara placet. Cur? dicere nolo.³⁴
 249 Sufficit hoc, septem formaverat ille fiolos,
 250 De clerichettis quia dixit habere bisognum.

Pedrala.

251 Viderat hunc Cingar, vocat, heus, o prae Iacopine,
 252 Quo festinanter reverentia vestra caminat?³⁵
 253 Respondet, vado Motellam, namque vocarunt
 254 Me fratres illi secum coenare staseram.
 255 Cingar ait, quid habent ad coenam? Pretus ad illum,
 256 Decretum est totam cum pelle comedere vaccam.
 257 Illico Zambellus clamavit, doh cagalochius,
 258 Est mea vacca, capram quam frater dixerat esse.

{T Book 7 p. 91v; Port. 1.190}

259 Respondet Cingar, si capra est facta Chiarina,
 260 Crede mihi non es Zambellus, eamus ad istos
 261 Fratuzzos, tu vade prius, Zambelle, camina,
 262 Vel dare convenient coenam, vel reddere vaccam.
 263 Dixit, et ut preto sic sic andando susurrat,
 264 Mi Iacopine, volo de carcere ducere Baldum,
 265 Sed male cognosce formam, guisamque, modumque,
 266 Non tamen a solito desisto providus astu,
 267 Quotidie variis Zambellum rebus agabbo,
 268 Cui me plus dictis, quam iactis monstro sodalem.
 269 Ingannum pulchrum studiosa mente catavi,
 270 Sumam castronis canaruzzum sanguine plenum,³⁶

³³ Proverbium. (Saying.)

³⁴ Dicere nolo propter honestatem. (I don't wish to say out of decency.) Note: refers to why the priest wants a young housekeeper, but this supposed reticence is followed immediately by mention of Jacopino's seven children.

³⁵ Ironice dicit reverentia vestra. ([Cingar] says, "your Reverence" ironically.)

³⁶ Canaruzzum bestiae, iugulum hominis. (The throat is for animals, the jugular for humans.)*

271 Aptaboque gulae de sub velamina Bertae,
 272 Quod tu iurabis nihil illam subter habere,
 273 Mox unum gladium capiam de rugire tinctum,
 274 Quem clamare volo coltellum qui scoriavit
 275 Per Romagnolos iam sanctum Bartholomeum.³⁷
 276 Ast ut beffa queat galantiter ire, novellae
 277 Participes facio te, Bertam, deinde Briossum.
 278 Zambello interea faciamus reddere vaccam.
 279 Et sic andantes tandem venere Motellae.

Comina.

280 Sordida venerant ad fratris claustra Stopini.
 281 Non opus est semper patefactam sbattere portam,
 282 Intrandi quoniam cunctis datur ampia facultas.
 283 Non campanello pulsatur, sive batoclo,³⁸
 284 Introeunt Cingar, Zambellus, praeque Copinus,
 285 Nec fuit ullus enim qui diceret, ola, quo itis?
 286 Nunquam plena pais, buschis ibi claustra scoantur,
 287 Mingentum foetent muri pissamine fratrum.
 288 Undique ragnipedes texunt velamina vermes,
 289 Non ibi sobrietas, ibi nulla silentia, nulla
 290 Disciplina cubant, ibi tantum crapula, broda,
 291 Ebrietasque sedent, et (proh scelus) atra libido.

Parenthesis.

292 Non sunt ex illis (video nam ringere nasos)

{T Book 7 p. 92; Port. 1.191}

293 Qui quo plus richi fiunt, plus debita crescunt,
 294 Namque tirannorum inglu[v]iem compescere sperant.
 295 Non quos tam fecit bravos argutia Scotti,³⁹
 296 Dico bravos verbis, et spadis quando bisognat.
 297 Non quos alta sui tam vexat cura Thomasi,⁴⁰

³⁷ Romagnoli scoriarunt divinum Bartholomeum. (The Romagnoli excoriated [St.] Bartholomew.)

³⁸ Batoclo, pro batoculo, instrumentum ferreum quo percutiuntur fores. (Clapper for ringer, an iron instrument by which doors are rung.)

³⁹ Scottus. (Duns Scottus.)

298 Officiumque gerunt asinis imponere stryas.
 299 Non cordovano qui cingunt ilia toto,
 300 Urbibus et stantes, et heremi nomen habentos.
 301 Non qui mente volant, curruque feruntur Heliae,⁴¹
 302 Deque manu Mariae floccum rapuere biancum.
 303 Non quibus (exceptis zocolis) Franciscus amictum
 304 Bertinum tribuit, reliquis quoque cedere iussit
 305 Fratibus, unde illos vocitamus rite minores.
 306 Non qui celsa colunt, nomen servile ferentes.
 307 Denique non omnes illi qui sponte sequuntur
 308 Pauperiem, per quos cercatur ad hostia pannis.
 309 De sero tornant plenis in tergore sacchis,
 310 Deque pitocato se tantum pane saginant.
 311 Nil habeant isti, velut est sententia Pauli,⁴²
 312 Cunctaque possideant, quibus est tantummodo cura
 313 Vivere contenti quo mendicando guadagnant,
 314 Hinc mendicantes appellant nomine fratres.
 315 Qui spanam (nec habent) debent nec habere terreni,
 316 Quae imponunt humeris aliorum pondera sumunt,
 317 Hi prius exemplo mage, quam sermone reducunt.
 318 Orphanulos, viduasque tegunt, solantur, adornant⁴³
 319 Moribus, et textum veteremque novumque palesant.
 320 De Roma iubilea trahunt, funduntque per orbem,
 321 Et per cantones gesiarum perque capellas
 322 Centum capsiculas taccant, ficcantque pilastris.
 323 Pontificum largae pendent pariete bullae,⁴⁴
 324 Peccatis data fit quibus indulgentia nostris.
 325 Qua propter crevit devotio tanta virorum,
 326 Quod non capsiculas numis implere, sed arcas
 327 Possent, basilicam nec non fabricare gigantis⁴⁵
 328 Christophori, qui non aliorum templa subintrat

{T Book 7 p. 92v; Port. 1.193}

⁴⁰ Thomas. (St. Thomas Aquinas.)

⁴¹ Helias. (Helias.)

⁴² Pauli sententia. (St. Paul's dictum.)

⁴³ Tegunt protegunt. (They cover, they protect.)

⁴⁴ Proceleumaticum. (Proceleusmatic.) Note: Proceleusma is a metrical foot of four short syllables – here *pariete* seems to have four short syllables but belongs to two metrical feet.*

⁴⁵ Sanctus Christophorus gigas. (The giant St. Christopher.)

329 Sanctorum, testa toccaret namque solarum.
 330 O nimis immensam bonitatem summa regentis,
 331 Qui (non quod inops sit qui parit omne metallum)⁴⁶
 332 Quaeque bagarottum delet commissa per unum.
 333 Non tamen id fieri credamus propter aquistum,
 334 Sed templum pariter fabricant culpasque remittunt.
 335 Praeterea tantis meritis sua templa redundant,
 336 Ut Christi mater, Virgo regina deorum
 337 Illic dignatur miracula prodere tantum.
 338 Undique nunc gesiae titulantur sancta Maria,
 339 Quae non principibus, quae non primatibus unquam
 340 Apparet, reseratque suos dignata nitores,
 341 At solum quae pascit oves, quae pascolat ocas
 342 Digna fit aetheream muliercula cernere divam.
 343 Illico turba coit, rem postulat, illa recontat,⁴⁷
 344 Indicat atque locum radios ubi viderat almos,
 345 Per quos aurato solio matrona sedebat.
 346 Credula gens credit (malus est qui credere non vult)
 347 Obstupet et tabulam depictam ficcat in ulmo,
 348 Quae fuit arbor opes contingere lecta supernas.
 349 Ipsa tabella tribus describitur illico sanctis.
 350 Virgo prius mater cherubini desuper alas
 351 Pingitur in medium parvo dans ubera Christo,
 352 In dextram stat fronte minax Antonius, atque
 353 Igne suo quicumque sibi vult tollere porcam
 354 Brusat, et inde nimis pavefacta gente timetur.
 355 Ad laevam Rochus giandussam monstrat apertam,
 356 Is quoniam sanctus pecudum contagia tollit.
 357 De longis veniunt puerique senesque paesis,
 358 Indiavolati, muti, tortique, vel orbi,
 359 Fratres, qui praesunt et habent ostendere curam
 360 Miraclum, sudant, nam pro pietate laborant,
 361 Vertice nudato vix se defendere tanta
 362 Gente queunt, clamant, urtant, faciuntque, iubentque,
 363 Incrosant ad colla stolas, cottisque bianchis
 364 Induti offertam capiunt bis terque per horam,⁴⁸

⁴⁶ Notandum. [Manus]. (To be noted. [Pointing finger.])

⁴⁷ Si poeta ironice loquatur, multa inter doctores fit disputatio. (Whether the poet is speaking ironically is much disputed among professors.)

⁴⁸ Cottae et stole indumenta sacrarii. (Surplices and stoles are sanctuary vestments.)

{T Book 7 p. 93; Port. 1.194}

365 Dumque illam brancant oculos ad sidera tollunt,
 366 Monstrantes quod non dinari propter amorem
 367 Offertam capiunt, Dominae sed propter honorem.⁴⁹
 368 Nunquid eis nummis pinguis sibi coena paratur?
 369 Absit, comprantur cerae ter mille figurae,
 370 Testae, humeri, gambae, vir totus, bosque, cavallus.
 371 Tecta covertantur, muri, pillastra, columnae,
 372 Corazzis, elmis, statuis pictisque tabellis.
 373 Fit rumor vulgi, semet gens undique calcat,
 374 Fit marium nec non mulierum mixtio, templi
 375 Respectatur honor, molles devotio mentes⁵⁰
 376 Cogit, et est variae stipatio tanta brigatae,
 377 Quod perdunt scufias, soveros, bireta, capellos,
 378 Saepeque perduntur borsae, vel forte taiantur
 379 Non tamen in templo fieri nec furta nec actus
 380 Luxuriae possent, si fratres talia scirent.
 381 Credo quod offertas sinerent templumque serarent,
 382 Ne domus ipsa Dei fiat spelunca latronum.
 383 Non sunt Mottellae, non sunt hi denique fratres,
 384 Non qui larga colunt Benedicti claustra modesti,⁵¹
 385 Larga quidem fabricis at vitae moribus arcta.
 386 His pater almificus dedit urbes, oppida, villas,
 387 Ac latos veluti promunt annalia campos,
 388 Ut vivant mundo, quo possint vivere coelo,
 389 Quo saturent inopes, quo plurima templa locentur,
 390 Quove peregrinos iocundo corde receptent,
 391 Non quia poltrones pascant, hominesque dapocos,
 392 Non quia furfantes, pilafratres, et spadacinos,
 393 Non mangiaferros, rofianos, atque bagassas,
 394 Non quia cardineum quis cerchet habere capellum.
 395 Accedant quos sola movet devotio cordis,
 396 Illustres, poveri, mundani, relligiosi,
 397 Hi vadunt non ad pisces, panemque bufetum,
 398 Immo ad divinos cultus, moresque videndos.
 399 Accedant stracchi longo tenuante viazo,

⁴⁹ Note: 1692 has Domini instead of Dominae.

⁵⁰ Notandum. (To be noted.)

⁵¹ Benedictini monachi. (Benedictine monks.)

400 Accedant iterum membris et sensibus aegri.

{T Book 7 p. 93v; Port. 195}

401 Istis complentur canevae tantummodo vino,
 402 Istis sub segetum peso granaria languent.
 403 Est tamen in vulgo murmur, livore tabescunt
 404 Quidam cagnazzi mordaces, nomina quorum
 405 Subticeo pro nunc, illos desistere credam,
 406 Sin autem Archilochi iactabo furentis iambos,⁵²
 407 Fata novabuntur veteris fortasse Lycambe.
 408 Est formido nefas cum fari veri timemus.
 409 Fallitur interdum nimis indulgentia patrum,⁵³
 410 Per quam texendi fraudes fiducia crescit,
 411 Unius ob culpam cagnazzi tota canaia
 412 Surrexit diris orbem latratibus implens,
 413 Saepe nocet pietas, nam qui pietate medetur⁵⁴
 414 Non saldat vulnus nec fracta recopulat ossa,
 415 Saepe lupo dat pastor oves torpendo vorandas.
 416 Nec, si advertit ovem teneros quae amorbat agnellos
 417 Ubere pestifero, reliquo succurrit ovili.
 418 Quid dicam nosco, multos spes irrita fallit.
 419 Speramus quandoque faces extinguiet ultro,
 420 Parvulus extiterit cum Troiae incendia torris.
 421 Succrescunt faciles spinae, facilesque secantur,
 422 Dormitante nemus campus fit inutile rastro,
 423 Nimbus et interdum modicus tam crescit et auget
 424 Humorem, segetes quod saeva grandine tollit.
 425 Parturient mures, nascetur terribilis mons,⁵⁵
 426 Vidimus et culices vastos aequasse gigantes.
 427 Forsitan obscurus videor, sapientia patrum
 428 Multa fuit, per quam mala bestia cessit et urbem
 429 Incolit, unde cito rediit pax pristina. Dixi.
 430 Dixi inquam, quisnam male me dixisse probabit?

⁵² Archilocus poeta iambicis suis coegit Licambem semet suspendere. (With his iambics, the poet Archilochus drove Lycambes to hang himself.)

⁵³ Aenigma. (Enigma.)

⁵⁴ Notabilia. [Manus.] (Things to be noted. [Pointing finger.])

⁵⁵ Contrariatur sententiae Horatii, qui dixit parturient montes, nascetur ridiculus mus. (It runs contrary to the saying of Horace, who said mountains will be in labor, a ridiculous mouse will be born.)

431 Attamen est melius Zambelli dicere vaccam,
 432 Quam mottelicolae fratres cum pelle vorabant.
 433 Cingar eos reperit quonam cantone cubantes,
 434 Circaque rostitam vaccam glutiendo sedebant.
 435 Forsan erant numero vinti, vel trenta capuzzi.
 436 Alter spallazzam, ferit alter dente groponem,

{T Book 7 p. 94; Port. 1.196}

437 Alter vult cossam, vult alter rodere pectus,
 438 Alter dispolpat, verum alter membra smiollat,⁵⁶
 439 Alter de testa cavat ochios, inde cerebrum.
 440 Vidisti forsán quandoque comedere porcos?
 441 Sic illos retrovat Cingar mangiare Chiarinam.
 442 Protinus ad coenam sociique sedere iubentur,
 443 Accipit invitum Cingar, tirare coramum
 444 Incipit, et schincam Zambello tradidit unam.
 445 Nullus ibi parlat, sentitur fractio tantum,
 446 Membrorumque sonus, sofiatio supra manestram,
 447 Nam caldironus trippis ibi plenas habetur.
 448 Chioccant labra simul grassum stillantia brodum,
 449 Festinanter edunt, quia sic scriptura comandat.
 450 Iam caret infelix gambis humerisque Chiarina,
 451 Iam caput efficitur vas aptum prendere cancos,⁵⁷
 452 Interiora patent, grandisque corazza videtur,
 453 Quanto magis comedunt, tanto magis ipsa recedit
 454 Ventre fames, pariter decrescit vacca famesque.
 455 Prae Iacopinus olet grasso lardoque colanti,
 456 Non vult ossa, vorat teneras tantummodo polpas,
 457 Saepe scudellarum lappans brottalia sorbet,⁵⁸
 458 Post sorbimentum laxat de pectore rottos,
 459 Centuram mollat, nam ventris panza tiratur,
 460 Dente parum tangit, sed aperto gutture carnis
 461 Frusta vorat, grossosque facit sine fine bocones.
 462 Frater Polazzus sedet illic, frater et Antoch,
 463 Frater Gelminus, frater Marmotta, Schirattus,
 464 Frater Pagnocher, frater Scapocchia, Tafellus,
 465 Frater Bernichus, frater Scapinus, Arolfus,

⁵⁶ Smiollat, cavat medullas. (He sucks dry, he removes the marrow.)

⁵⁷ Capiuntur gambari capitibus bovom. (They gather crabs in the heads of oxen.)

⁵⁸ Lappare, proprium est canis cum bibit. (To lap is typical of a dog when it drinks.)

466 Denique frater Enoch, Bisbaccus, fra Bagarotta.
 467 Hi sunt auctores, qui dant praecepta coquinae.
 468 Hique lecardiae multos fecere magistros,
 469 Est deus his venter, broda lex, ius inde vocatur.⁵⁹

Gosa.

470 lamque polita nimis sub desco membra iacebant,
 471 Nulla magis restat vaccarum forma Chiarinae,

{T Book 7 p. 94v; Port. 1.197}

472 Ossa videntur ibi tantum, leccare taeros
 473 Incipiunt, aliter non vasa lavare solebant,
 474 Frigore zelatum pars lardum grafiat ongis,
 475 Pars manicis tunicae fregat nettando scudellas.
 476 Post epulas omnes consurgunt ludere chartis,
 477 Post chartas scrimmant, post scrimmam saepe merendant.
 478 Sicque suam ducunt vitam faciendo beatam.
 479 Bertezant fratres, qui celso in pulpito sbraiant,
 480 Qui soterant mortos, ieunant, terga flagellant,
 481 Vadunt excalces, studiant, vigilantque canentes
 482 Ad matutinum, servantque silentia dudum,
 483 Atque voluntatem propriam sub iudice ponunt,
 484 Quales sunt monachi Bernardi vel benedicti,
 485 Aut Augusti fratres, qui fortia nostrae
 486 Moenia sunt fidei, qui nil nisi sacra colentes
 487 Scripta vacant studio, per quos gymnasia florent,
 488 Per quos hereticas frangens Ecclesia sectas,
 489 Stat contra ventos, tanquam stabilissima turris,
 490 Quales sunt etiam Francisci templa colentes,
 491 Est ubi concursus populorum maximus, atque
 492 Est ubi pax animi, requies concordia fratrum.

Berta.

493 Vesper erat, Cingar dum vult discedere, vaccam
 494 Zambellus memorat, digito cui denotat Antoch,
 495 Qui capram dixit vaccam, truffante Polazzo.

⁵⁹ Quare broda ius dicitur latine. (Why broth is called juice in Latin.) Note: play on the word *jus*.

496 Cingar ridendo saccum tulit, ossibus implet,
 497 Imponensque humeris Zambelli, dixit, eamus,
 498 In saccum gestas quoniam, Zambelle, Chiarinam.
 499 Hanc sub terraio, venias, soterabimus ambo,
 500 Quam post tres giornos faciemus surgere vivam.

Mafelina.

501 Ergo simul properant, rident fratres, Iacopinus.
 502 Ante caminabat Cingar, sub pondere sudat
 503 Zambellus, boscum subeunt finaliter atrum.
 504 Illic reliquias magnae posuere Chiarinae,
 505 Cantari meruit quoniam sub vate Cocaio.⁶⁰

{T Book 7 p. 95; Port. 1.198}

506 Illic venerunt Fauni, Driadesque, putellae,
 507 Et sua planxerint lacerato funera crine.
 508 Atque super tumulum seguitantia metra notarunt.

Tumulus Chiarinae.

509 Vendita quod fuerim bis, falso Cingaris astu,
 510 Quodve mea fratres Mottellae carne cibarim,
 511 Non multum toedet, fleo sed mea fata sub orco,
 512 Namque sub insano vixi male ducta magistro.

Conclusio.

513 Sic nos mortales stulto sub praeside stantes,
 514 Flere licet potius, quam dulcem perdere vitam.

Explicit phantasiae septima Macaronices.

⁶⁰ Quare dicatur magna, nam meruit tanto poeta cantari. (The reason [Chiarina] is declared excellent, for she deserves to be celebrated by such a great poet.)*

Book 8

Magistri Aquarii Argumentum in
phantasiae Macaronicen Octavam.

- 1 Dum Cipada diem celebrat laetissima festum,
2 Ballat sub vitis coniuge rusticitas.
3 Cingar castronis canaruzzum sanguine plenum
4 Schannat, quem Bertae gens putat esse gulam.
5 Fert Iacopinus eam ceu mortam exinde, canitque
6 Hanc super aeternam dona eis requiem.
7 Tum Cingar sancti cortellum Bartholomei
8 Fingit, quo Bertam signat et illa levat.
9 Illa levat tanquam Lazarrus de monumento,
10 Miraclum subito rustica turba putat.
11 Praedicat, offertamque capit tunc Cingar ab illis,
12 Omnia Zambellus vendit, emens gladium.
13 Qui quoque miraclum cupiens ostendere, Laenam
14 Scannat, quae terrae mortua tota ruit.
15 Concilium facitur villanas intra canaias,
16 Tognazzus caput est, Cingar amazzat eum.

{T Book 8 p. 95v; Port. 1.201}

Merlini Cocaii poetae mantuani
Macaronice octava phantasiae.

- 1 Festa dies aderat sancti Brancatis et Umbri,¹
2 Quam cipadicolae celebrantes, undique ballant.
3 Non est qui tangat zappam, qui figat aratrum,
4 Immo suae quisquam cupiens placuisse Tognolae,²
5 Excutit e paleis testam foenoque rigentem,
6 Pectinat, et frontem bindamine colligat albo.
7 Calzas ingambant seu chiusas, sive brasolas,
8 Quae (nam sparagnant) possunt durare disannos.³
9 Suntque favoriti festo qui tempore calzas
10 Ferre divisatas possunt scarpasque biondas,
11 Inque bragam valeant curtam ficcare camisam.

¹ Festum sancti Brancatis et Umbri. (The feast of Saint[s] Brancato and Umbro.)

² Tognola posuit pro qualibet amica. (He puts Tognola for any female friend.)

³ Disannos pro decem anno, figura usitata. (Ten-years for ten-year, common usage.)

12 Ad missam properant, quam vult celebrare Copinus,
 13 Cumque suis pariter vadunt parlando morosis.

Astuzia Cingaris.

14 Cingar castronis canaruzzum sanguine plenum
 15 Ad collum Bertae, sicut modo dixit, adaptat,
 16 Quem tegit ut drappo, velut est usanza, bianco.
 17 Tempus opportunum tunc viderat esse propinquum,
 18 Namque parecchiatur largo bailare sub ulmo.
 19 Post igitur missam celebratam, prae Iacopinus
 20 Vix in principio, Vangelia sancta Ioannis⁴
 21 Dixerat et verbum caro factum, piva sub ulmo
 22 Blilirat, currunt in frottam mille puellae,
 23 Postpositoque deo, sathanae servire comenzant.⁵
 24 Ne stupeas, lector, si non villana canaia
 25 Post missam vacuas celerent implere budellas,
 26 Namque sacrilegium grandem committere credunt,
 27 Si vacuo girent ad missam ventre gaioffi.
 28 Non stetit indarnum Iacopinus alhora sacerdos,
 29 Traxerat appena camisum, properavit ad ocam,⁶
 30 De qua sub tavola carcassos mille butavit.⁷
 31 Omnia consumpsit, vix gattis ossa superstant.

{T Book 8 p. 96; Port. 1.202}

32 Iam non ad coenam servari iussit avanzum,
 33 Nam testamenti servans praecepta vetusti,
 34 Devorat et non vult quod avanzet ad usque dimanum.
 35 Ergo rostitam vix ipse comederat ocam,
 36 Ad salices pifaris se se clamarier audit,
 37 Quos offerta dedit bagatinos portat, et illos⁸
 38 Porrigit ad pivam, iubet atque sonare pavanam,
 39 Inde pians bellam digitos striccando Gianolam,
 40 Galantaria coepit saltare stupenda.

⁴ Appositio. (Apposition.)

⁵ Sacrificium diaboli saltatio est, ait Plinius. (Dancing is an offering to the devil, says Pliny.)

⁶ Camisum indumentum sacerdotis. (Alb, priest's garment.)

⁷ Carcasus, ossamen. (Carcass, bones.)

⁸ Bagatinus, genus numi vilissimi. (Bagatelle, a kind of coin worth very little.)

41 Cingar adest, ridetque suo bailante Copino.

Pedrala.

42 Vir quidam Bertam si vult ballare, dimandat.
 43 Cingar ei cignat, quem Berta intelligit, inde
 44 Annuit, et porgens laevam danzare comenzat.
 45 Cingar item claudens oculum cignavit, et illa
 46 Optime docta prius, quae Cingaris adnotat artem,
 47 Ballantem secum simulat basare gazanum,
 48 Quem iam tirarat cativa sub arbore glandis.
 49 Extemplo Cingar gladium sguainando cucurrit,
 50 Per trezzasque pians illam dicebat, a, anum,⁹
 51 Sic ne, putana, facis? Simulansque forare colengum,
 52 Castronis iugulat canaruzzum sanguine plenum,
 53 Et proprium Bertae collum scanasse videtur.
 54 Illa cito terrae faciens gatamorta ruinat,¹⁰
 55 Statque velut moriens pedibus repetando duobus,
 56 Ac sberlans oculos, iam mortua tota videtur.
 57 Tunc omnes laxis currant extemplo puellis
 58 Arma piant, raptimque levant ad sidera voces.
 59 Cingar erat turba quasi iam perimendus ab illa,
 60 Sed largum subito sbalzaverat ultra denetto
 61 Fossatum, nec non latitat foenile sub uno,
 62 Namque villanorum fingeat habere scagaitam.¹¹
 63 Tunc ambis manibus lignum se rampat ad unum,
 64 Rampegat, atque super cuppos celer ecce videtur.
 65 Stans super, inde gridat, me cur occidere vultis?
 66 Respondent, quoniam festam sotosora butasti,

{T Book 8 p. 96v; Port. 1.203}

67 Ac senza causa iugulasti postea Bertam.
 68 Cingar item parlat, nescitis quippe casonem.
 69 Nonne ribalda meo facit istac cornua Baldo?¹²

⁹ A, anum, ex improvise actio. ("Ah, anum," [exclamation] from a sudden action.)

¹⁰ Gatamorta indeclinatus, simulatio est vel malitiosa fictio. ([The expression] playing dead -- "gatamorta" -- is invariable, it means a deception or a mean trick.)

¹¹ Scagaita, plusquam timor, nam timor potest esse sine cagarola. (Scared shitless is greater than fearful, because you can be fearful without the runs.)

¹² Istac antiquitus pro ista. ("Istac" [meaning that], is an ancient form for "ista.")

70 Id tamen omne malum dum perdonare velitis,
 71 Et mihi giuratis non vestris laedere telis,
 72 Hanc ego guaribo, faciamque resurgere vivam.
 73 Illi admirantes, semet guardare comenzant,
 74 Taleque miraculum penitus tunc cernere vellent.

Berta.

75 Ergo dedere fidem, non illum tangere quicquam,
 76 Quamvis ulla fides non est credenda vilanis.¹³
 77 Tunc se per quoddam lignamen Cingar ab alto
 78 Culmine callavit, quem villica turba sequebat.
 79 Vadit ubi fallax oculis stat Berta stravoltis,
 80 Quam pensant omnes, penitus moruisse daverum.
 81 Hanc tamen interea portaverat inde Copinus,
 82 Ad gesiam, nullumque sinens andare propinquum,
 83 Cantabat requiem aeternam, Lazarumque per illam.
 84 Octo candelas accenderat, et cadeletum
 85 Miserat in medium gesiae, Bertamque dedrentum.

Togna.

86 Ecce venit Cingar multis seguitantibus illum.
 87 Introit, et rursus gladium cavat extra guainam,
 88 Sanguine quo plenum canaruzzum foderat ante.
 89 Ergo paulisper coelo suffigit ocellos,
 90 Hasque comenzavit piatosa voce pregheras,

Oratio Cingaris.

91 O cortelle meus, toto mihi carior orbe,
 92 Qui demonstrasti iam tot miracula mundo,
 93 Quot sunt in coelo stellae, quot in aequore pisces,
 94 Te rogo per sancti virtutem Bartholomei,
 95 Cuius nunc etiam sacro es de sanguine pictus,
 96 Sicut Berta tuo pro vulnere morta cadivit,¹⁴
 97 Sic nunc ista tuo soccorso viva resurgat.

Mafelina.

¹³ Notandum. (To be noted.)

¹⁴ Cado, cecidi et cadivi. (I fall, and [two forms for] I fell.)

98 Sic dicens, bis terque crucis signacula format,

{T Book 8 p. 97; Port. 1.205}

99 Quinquies et Bertam toccat per quinque piagas.
 100 Tunc cita de pheretro simulatrix illa resurgit,
 101 Quae smarrita nimis, cunctis res matta videtur,
 102 Ayme (gridat) cur me ammazzasti, Cingar? et heu quid
 103 Commisi, quod sic gladio mihi colla secasti?
 104 Cingar ait, quoniam fecisti cornua Baldo,
 105 Basastique illum nuper danzando vilanum.
 106 Berta refert, confesso quidem cornasse maritum,
 107 Parcite, non possum sine maschio vivere facto,
 108 Qualiter ut sexu muliebri iugiter extet.
 109 Ponite quam vultis mulieri, ponite guardam,¹⁵
 110 Ne faciat tortos fusos (cum priva marito est)
 111 Vix in cervello si stat praesente marito,
 112 Absque viro non vult per guisam stare niunam.
 113 Si stat, miraculum super omnia dicite grandem.
 114 Cingar respondet, mentiris, porca ribalda,
 115 Tu male cum vivas, alias male vivere credis.
 116 Quantos exilio missos cognovimus olim,
 117 Servavere quibus consortes vota fidemque,
 118 Illi tanta maris terraeque pericula passant,
 119 Mille brigas rerum patiuntur, mille travaios,
 120 Sed memorando domi uxorem liquisse fidelem,
 121 Nil faciunt casum de sortis rebus iniquae.
 122 Nos matronarum servamus semper honorem,
 123 Quarum laudantur mores, laudatur honestas,
 124 Quo plus sunt rarae, sibi plus est gloria maior.

Gosa

125 Tunc villanorum stipata lovagna gridavit,¹⁶
 126 O, O, miraculum, miraculum grande daverum.
 127 O, cagasanguis, quanta latet possanza sub isto
 128 Cortello, nunquam sic te, carissime Cingar,

¹⁵ Notandas de foeminis. (To be noted about women.)

¹⁶ Lovagna, turba luporum, canaia, turba canum, porcinaia turba porcorum. (Wolf pack, a group of wolves; pack of dogs, a group of dogs; pig herd, a group of pigs.)

129 Credidimus sanctum, quem semper amabimus omnes.
 130 Sed dic, quia talem gladium tibi praebuit unquam?
 131 Tum super altarum Cingar saltaverat unum,
 132 Voceque cortelli meritum sic praedicat alta.

Praedica Cingar

{T Book 8 p. 97v; Port. 1.206}

{T Book 8 p. 98; Port. 1.206}

133 Hunc equidem fratrem giurabant esse Robertum.
 134 Allegat in primis sextum, decretale, decretum,
 135 Angelicam, Glosas, Bibliam, sanctumque Thomasum,
 136 Albertum magnum, Scottum, commenta Ricardi,
 137 Mox Bonaventuram, Pisanellam, mox Origenem,
 138 Hieronymum, Ioseph, Bernardum, Gregoriumque,
 139 Totum Augustini voltat sotosora volumen,
 140 Non Clementinam domenticabat, et altros
 141 Doctores sacrae legis, fideique pilastres.
 142 Mox alios plures, quos non memorarier unquam
 143 Noverat, ut credo, fingebat nomen eorum,
 144 Erasmum quendam, Martinum Luther, et unum
 145 Sylvestrum, qui non bleumetica scrimilat ochnoc.
 146 Mox ad Chaldeos venit, Graecosque, Zudeos,
 147 Berith, Gnephot, Iobobu, Schiriotta, Boachen,¹⁷
 148 Crofnec, Baptonau, Mengir pluresque prophetas.
 149 Hunc probat esse quidem cortellum sanctificatum,
 150 Qui divum quondam scoriavit Bartholomaeum,
 151 Quem Romagnoli scortegavisse fatentur,
 152 Qui quoque de sacro nunc restat sanguine tinctus,
 153 Quem probat et turcis olim robasse malignis.

Comina.

154 Ergo vilanzones ad sidera tollere gridos
 155 Incipiunt, miserere, Deus, miserere, sbraiantes.
 156 Iudicii venisse dies parebat alhoram.
 157 Sed mage cum fictis lachrimis se Cingar afogat,

¹⁷ Caldei auctores qui penuria temporum periere. (Chaldean authors who perished in the dearth of time.)*

158 Cernite cortellum clamabat, cernite, gentes,
 159 Hic est, qui vestras potent saldare piagas,
 160 Hic est qui sanat mortali peste malatos,
 161 Hic est, qui mortos vivos facit, atque gaiardos,
 162 Sicut vidistis per adessum surgere Bertam.
 163 Currite, quid statis? iam, quaeso, currite, gentes,
 164 Hunc basare sacrum cortellum, currite prestum.

Mafelina.

165 Protinus illa ruens multo sbraiore canaia,
 166 Assimilabantur quando ad brotalia porci

{T Book 8 p. 98v; Port. 1.207}

167 Currunt, et retinent mostazzum semper in albi.¹⁸
 168 Illum cortellum properant basare bricones,
 169 Quem retinens manibus, pax tecum, Cingar aiebat
 170 Ut fit, quando facit pretus basare manipol.¹⁹
 171 Tunc etiam scufiam de testa Berta levavit,
 172 Qua contadini multos posuere quatrinos.

Gosa.

173 Durarat binas iam praedica Cingaris horas,
 174 Qui metuens, ne quis veniat vir mente cativus,
 175 Qui noscat fraudem, vel rasam detegat illam,²⁰
 176 Providus occultans gladium, descendit ab ara,
 177 Inversusque casam coepit drizzare pedatas.
 178 Villani seguitant gladium comprare volentes,
 179 Qui tam mirificam maraveiam fecerat ante.
 180 Cingar eum nec velle inquit nec vendere posse.

Togna.

¹⁸ Albi est vas sordidissimum, in quo porcelli saginantur. (An "albio" is an extremely filthy container in which the pigs are stuffed.)* Note, *albio* and *albiolo* are derived from L. *alveolus*, trough, basin.

¹⁹ Hoc Manipol. (Here is the maniple.)

²⁰ Inter fraudem et rasam differre hic notescit. (Between a fraud and a razz this is known to differ.)* [1692: *rusam* for *rasam*.]

181 Istud miraculum Zambelli venit ad aures,
 182 Pensat Chiarinam iam posse resurgere vaccam.
 183 Mirabundus abit, facilis dementia credit,
 184 Namque recontabant illi miracla vilani,
 185 Ac propriis oculis vidisse resurgere Bertam.
 186 Se fortunatum credebat desuper omnes,
 187 Dummodo vellet eum cortellum vendere Cingar.
 188 Inter se stessum dicebat factus alegrus,
 189 Mo, pissasanguis, mea nonne Chiarina resurget,
 190 Si mea nunc potuit cugnata resurgere Berta?
 191 O quantum faciam cultrum comprando guadagnum.
 192 Nonne guadagnabo totque ovos, totque polastros,
 193 Quod doventabo dives in tempore poco?
 194 O si cortellum mihi vellet vendere Cingar.
 195 Ergo illum retrovat dicens, o Cingar, amas me?
 196 Respondet, plusquam me stessum, saepe provasti.
 197 Zambellus dixit, rogo te, mihi vende podettum.
 198 Nil curare notat cortellum vendere Cingar.
 199 Sed mage Zambellus cupidus pregat, atque repregat,
 200 Vult omnino sibi cultrum comprare beatum.

{T Book 8 p. 99; Port. 1.208}

201 Cui Cingar, tantis cedo, fradelle, pregheris,
 202 Sum contentus ego divinum vendere cultrum.
 203 Da quadraginta mihi ducatos, nec volo mancum,
 204 Accipe mox gladium, quem virtus tanta decorat.
 205 Zambellus subito cortellum propter habere,
 206 Affittare casam deliberat, immo pignatas.
 207 Vendere, mox semet, Laenamque impegnare vilanis.

Pedrala.

208 Cingar avvisarat scaltritum prae Iacopinum,
 209 Qui cum Zambello faciens absconditer unum
 210 Tractatum, robbam totam compravit ab illo.
 211 Zambellus Laenae nil dicens, atque Tognazzo,
 212 Omnia vendivit, cartam faciente Briosso.

De Briosso notario.

213 Iste Briossus erat nodarus vel penarolus,
 214 Natus poltrones pro scortegare vilanos,
 215 Semper habebat enim vel tres, vel quinque paratos
 216 Ad postam falsos testes,
 217 Honnofrim, Marcum de Vecchis, Zanque Barillum.
 218 Si tantas illi dextras natura dedisset
 219 Quantos Iudaeos baganaios Mantua pascit,
 220 Quantas Veronae corrumpit Arena puellas,²¹
 221 Vel quantos piccat ladros Romagna quotannis,
 222 Vel potius quantos habet inclita Roma Simones,
 223 Omnes taiassent nostro de iure Briosso.
 224 Namque instrumentos falsos tot scripserat iste,
 225 Quot piscatores facit alma Vegnesa signores,²²
 226 Quot barcarolos generavit Chioza ribaldos,
 227 Quot pueros (qui sint nescimus) Brixia pascit,
 228 Quot ficus seccos totum dat Marca per orbem,
 229 Quot Merlinus ego cantando fingo bosias.

Mafelina.

230 Ergo Zambellus bene se imbattivit in illum,
 231 Vendivit zappas, vendivit aratra, badilos,
 232 Gallos, gallinas, vangas, et mille zavattas,²³
 233 Nescio quos modicos agros, parvamque casettam,

{T Book 8 p. 99v; Port. 1.209}

{T Book 8 p. 100; Port. 1.209}

234 Perque novem soldos cercabat vendere Laenam.
 235 Unde ragunatis nummis, quos Cingar ab illo
 236 Chiedebat caricatque sinum, ghedamque camisae.²⁴
 237 Mox sine pensero scura de nocte levatur,
 238 Ascortus quoniam Cingar sic iusserat illi.

²¹ Quae puellae ob paupertatem se postribulo dedunt. (Those girls give themselves over to a bordello out of poverty.)

²² Vegnesa, pro Venetia. (Vegnesa for Venice.)

²³ Zavata est scarpa rotta accipitur pro qualibet re vilissima. (A slipper is a broken shoe; it is accepted for any sort of really worthless thing.)

²⁴ Gheda, est illa sinuatio qu[a]e fit cum aliquid in gremiale suscipere volumus. (A lap is that bend which is made when we want to receive something in our lap cloth.)

239 Egrediendo casam per opaca silentia currit,
 240 Ac si robasset minimos, quos portat adossum.
 241 Cingar eum sensit, cui protinus obuius andit,²⁵
 242 Denariosque illos brancat, numerando negottam.
 243 Stant ibi praesentes Iacopinus, et ille Briossus,
 244 Qui cartam fecit, robbam comprante Copino.
 245 Cortellum subito Zambellus alegrus achiappat,
 246 Ut cito graffat aquam frescam quem freva molestat,²⁶
 247 Atque solet panem dudum brancare famatus.²⁷
 248 At miser inveniet grandem piliasse saiottam,
 249 Atque manus plenas muscis retrovabit habere.

Interitus Laenae.

250 Iam veniente die gladii vult cernere provam,
 251 Vult quoque Laena prius probet id, mox vacca Chiarina.
 252 Hanc improvisas multa praesente brigata
 253 Chiappat, et in medio cortellum pectore ficcat,
 254 Corpore de cuius sborratur vita daverum.
 255 Tunc dixit, Cortelle meus, mihi suscita Laenam,
 256 Te rogo per sancti virtutem Bartholomaei.
 257 Talia sed muro tunc dicere verba valebat.
 258 Nil respondet enim quia mortua tota iacebat.
 259 Zambellus clamans et iam bene mille fiatas,
 260 Deh, cortelle meus, cur non mea Laena resurgit?
 261 Omnia consumpsi pro te comprare, quid ergo?
 262 Quid codesella, inquam, sic me cortelle, gabasti?
 263 Sed nec de venis, nec polsis Laena batebat.

Collegium Villanorum.

264 Tunc villanorum vario cum murmure squadra
 265 inter foenilum pariter cumulata stupebat.
 266 Consul erat Gobbus, quo non astutior alter,²⁸
 267 Frater zuratus semper fuit iste Tognazzi,

²⁵ Ando, andis, ando, andas. ([Two conjugations for *andare*:] I go, you go.)

²⁶ Freva [sic] Reginice pro febra. (*Fevra* for fever, royally/ in the queenly way.)*

²⁷ Proverbia. (Sayings.)

²⁸ Gobbus. Frater zuratus idest plusquam amicus. (Gobbo, a sworn brother, which is more than a friend.)

{T Book 8 p. 100v; Port. 1.211}

268 Fecissetque nihil savia sine mente Tognazzi.
 269 Ipse Cipadicolas sub tecto congregat omnes,
 270 Et, positis scannis, sederunt ante Tognazzum.
 271 Tota Cipada ruit magno clamante senatu,
 272 Mox nutu Gobbi linguas clausere debottum.
 273 Tognazzus primo super unum stando tinazzum,
 274 Incipit hac forma, dum parlat, solvere boccam,

Sermo Tognazzi.

275 Est verum quod nos, o cara brigata, chilo,²⁹
 276 Venimus ut vobis faciamus noscere per che.³⁰
 277 Nos sumus (ut scitis) communi sustinimentum,³¹
 278 Et qui disponunt dictum servare Catonis,
 279 Pugna pro patria, si tu vis vivere sanus.³²
 280 Non hic sunt nostrae fomnae, vestri que putelli,
 281 De quibus asbaccum casamenta plena tenemus.
 282 Istos consei nostis non esse capaces.
 283 Vos homines estis longo pro tempore maschi,³³
 284 Aspertique viri, defensoresque Cipadae.³⁴
 285 Mantua, quid, quaeso, nostra valet absque Cipada?
 286 Ipse ego quapropter simul et prudentia Gobbi,³⁵
 287 Vos sine fomennis ruzavimus ecce chinugna.³⁶
 288 Cum sociis Baldi quid quaestionamus habemus,
 289 Qui semper quaerunt Cipadae frangere pacem.
 290 Nil timeamus eos, quia Baldus carcere stentat,
 291 Et quamvis esset, quidnam foret ille deforas?
 292 Debetis litem quondam scuitare brusatae,³⁷

²⁹ Chi lo, truncata oratio. (Here, truncated oration.)*

³⁰ Perche pro causa intelligite. (Why, understand for what reason.)

³¹ Comonus, et comunitas. (The people and the community.)

³² [Manus.] ([Pointing finger.])

³³ Maschii experti pro tempore. (Experienced men, for the time being.)* Note: the text reads *longo pro tempore*, for a long time – men who have proven themselves over a long time.

³⁴ Asperti, rustice. (Expert, rustically.)

³⁵ Ipse ego, habet emphasim. (I myself, it has emphasis.)

³⁶ Chinugna, ut supra chi lo. (To this place, here, as above.)

293 Quando tam valuit nostri sapientia Gobbi.
 294 Me quoque non stantem panzam grattare provastis.
 295 Quis pissasanguis, quis vermocanus agrezat
 296 Istos poltrones cagnas smesiare cubantes,³⁸
 297 Ut medici vadunt cercantes ultro malannum?
 298 State, precor, saldi, costantes state, fradelli,
 299 Mittamus robbam, vitam, propriosque fiolos
 300 Ad bugaferrum propter defendere nostra.³⁹
 301 Me dudum, me iam cognoscitis esse Tognazzum.
 302 Gobbus adest, cuius virtute Cipada triumphat,

{T Book 8 p. 101; Port. 1.212}

303 Quotidie Mantu vadat, redeatque frequenter,
 304 Consulis officio solitas exerceat artes,
 305 Donec compagnos Baldi nihilabimus omnes.
 306 Vidistis poverum Zambellum Cingar astu
 307 Amisisse casam, robbam, scannasseque Laenam.
 308 Quotidie facit hunc, facit hanc, robat hic, robat illic,
 309 Ingannat, truffat, scacat, sacramentat, abarrat.
 310 Et patietur eum sic sic Cipada ladrettum?
 311 Credite iam nostri quod erit victoria gobbi,
 312 Et veniet Cingar tandem sub rete giotonus.
 313 Dixerat, ac iterum supressa voce tasivit.

Zanardonus.

314 Tunc Zanardonus surrexit de sedimento,
 315 Ac sub centura palmas ficcavit utrasque.
 316 Postquam rascavit bis terque, tacendo, catarrum,
 317 Sic ait, o cancar, quantum bene barba Tognazzus
 318 Parlavit, parens alius Ciceronus adessum.
 319 Sed penso, quod non Cingar trapolabitur unquam,
 320 Nam stravestitus semper solet ire ladrettus.

³⁷ Scuitare, memorare. Brusatae, nomen agri quem piadezabant.) (Recall, remember. "Brusate" is the name of the field that they took.)* Note: seems to refer to the "Legend of Bresica" in which Tebaldo Brusato was captured by Henry VII in 1311: the Brescians fighting back at his insistence burned fields. Brusata then may refer to his name and to the land that was burned, *bruciata*.

³⁸ Proverbium. (Saying.)

³⁹ Ad bugaferrum affatim. (Utterly, amply.)* Note: bugaferrum?

321 Saepius ad nostrum venit de nocte casottum,
 322 Vadens in certum velut est usanza filozzum,⁴⁰
 323 Attamen una suum occultabat mascara musum,
 324 Et positis capiti, manibus, pedibusque sonais,
 325 Gattum atezabat pulchram faciendo morescam,
 326 Et sua per terram tich toch calcagna sonabant.
 327 Immascheratum nemo cognosceret illum,
 328 Sed quod sit Cingar, tantum saltatio monstrat.
 329 Attamen affirmo bona parlamenta Tognazzi.

Gosa.

330 Mox Bertolinus, mox Fontanella, Tonalus,
 331 Martinellas item, dubiosus barba Defendus,
 332 Affirmant cuncti verbum sublime Tognazzi.

Girardellus.

333 Sed Girardellus, qui fert colletta corammi,⁴¹
 334 Non laudo, dixit, talem non laudo facendam,
 335 Considerastis grossiliter omnia certe,

{T Book 8 p. 101v; Port. 1.213}

336 Cingaris est quidam compagnus Vennetianus,
 337 Non piscatorum numero, non barca, gridantum,⁴²
 338 Gentilhomus enim, savius, multumque saputus,
 339 Ac in pregaium perrexit mille fiatas.
 340 Deque caodesis frater suus esse probatur.
 341 Quis diavol enim poterit combattere secum?
 342 Credite, cum Sancto Marco certare bisognat.
 343 Dixi nempe meum, mihi perdonate, parerum.

Cagnana.

⁴⁰ Filozzum vadunt rustici, quando reperiunt et alloquuntur suas morosas. (Rustics go to a “big-weave” when they meet up with their girl friends and talk.)

⁴¹ Collettum, genus vestimenti militaris. (A vest is a type of military clothing.)

⁴² Barca, vox quam gondolantes per Venetiam proferunt, causa se evitandi. (“Boat,” a word which gondoliers put forward throughout Venice, in order to avoid each other.)

344 In pede saltatus dixit furibunda Cagnana,
 345 Aestimat un ficum non nostra Cipada Samarcum,
 346 Quamvis sfodratum teneat sua dextera stoccum,
 347 Et quamvis habeat barbazzam in pectore longam.

Gobbus.

348 Non est, Gobbus ait, non est, o barba Cagnana,
 349 Marcus qui portat barbam, stoccumque sfodratum,
 350 Est sanctus Polus doh Lancum, desine sanctos.
 351 Cum sanctis noli scrizzare, proverbia dicunt.⁴³

Guronus.

352 Tum Gurronus ait, non laudo, perque nientum
 353 Compagnis Baldi patiar contrarius esse,
 354 Cum quibus ipse fui teneris nutritus ab annis,
 355 Sumque istis sociis semper parere tenutus,
 356 Qui me sustentant diversos dando guadagnos.
 357 A me nec modicum pensetis habere iuvamen.

Gobbus.

358 Dixerat, at Gobbus dixit montatus in iram,
 359 Non dabis altorium? o grandis perdita certe.
 360 Contrastare tuo non absque iuvamine possunt.
 361 Scilicet impresam pro te lassabimus istam.⁴⁴

Guronus.

362 Impatiens iterum sursum levat ecce Guronus,
 363 Credo, inquit, non te rem istam lassare dacantum,
 364 Namque tibi soli dabit haec impresa guadagnum.
 365 Quotidie perges bis, ter pro consule Mantu,
 366 Non ut Cipadae valeas defendere statum,

{T Book 8 p. 102; Port. 1.214}

367 Ast ut Cipadae marchettos mille guadagnae.⁴⁵

⁴³ Proverbium. (Saying.)

⁴⁴ Per irroniam [sic]. (For irony.)

368 O Cipadicolae, vultis nam credere gobbo?
 369 Si sguerzos caveo, zottos, quantum mage gobbos.

Tognazzus.

370 His motus verbis disturbatusque Tognazzus,
 371 Per verrnocanum, dixit, tua verba, Gurone,
 372 Guastant conseium, nec rem concludere possum.

Mafelina.

373 Se levat e scamno Giannus Panada Garofol,
 374 Et placidis verbis excusavere Guronum.
 375 Post haec decretum est, contradicente niuno,⁴⁶
 376 Mittere praetori cum Gobbo Barba Tognazzum,
 377 Qui sbirros ducant compagnosprehendere Baldi.
 378 Quo facto ad proprium remeavit quisque palazzum.

Comina.

379 Interea Cingar sensit, referente Gurono,
 380 Conseium factum per Gobbum, perque Tognazzum.
 381 Risit, et armatos secum facit ire sodales,
 382 Ne forsant fieret praeson, vel morte periret.
 383 Bernardinus adest, Catoius, Rasa, Durantus,
 384 Ardet Amerigus, pariter bravante Galetta,
 385 Alter ballestram, fert alter tergore schioppum,
 386 Pizzagnoccus habet spatam, curtamque zanettam.
 387 Bombonus rascum, stallas quo disboazabat,
 388 Ad terram buttat, lanzamque piavit acutam.
 389 Sguerzus habens alium schioppettum pulvere plenum,
 390 lam cupit ad busum fogatam ponere cordam.

Togna.

391 Nondum nocturnas tenebras aurora fugarat,
 392 Congregat hos omnes Cingar capitanius, atque
 393 Per mediam passant animoso corde Cipadam.
 394 Cingar eos animat, mox alta voce gridabat,

⁴⁵ Marchetti, genera numorum venetum. (Marks, are a kind of Venetian coin.)

⁴⁶ Contradicente niuno preter Guronus. (No one was objecting, except Guronus.)

395 Su, su, qui mecum vult gattam, vengat avantum.⁴⁷
 396 O villanzones, o porcinaia, venite.
 397 O mascalzones, o, o destructio panis,
 398 O slanzagnocchi, gens o poltrona, gazani,

{T Book 8 p. 102v; Port. 1.215}

{T Book 8 p. 103; Port. 1.215}

399 Su, su, qui mecum vult gattam, vengat avantum.

Berta.

400 Talia dum bravat, nil curans, ore petezat,
 401 Inde schiavina focum dat schioppo, sanguinis ardens.
 402 Fit per campagnam reboatio longa pianam.
 403 Quum Cipada procul sensit per nubila tuf taf,
 404 Oyme, Tognazzus ait, sensitis, cara brigata?
 405 Schioppettum contra Cipadam discarigarunt.
 406 Talia dum loquitur, maior fit rumor ad auras,
 407 Namque archibusum Sguerzus scarigaverat altrum.
 408 Interea Gobbus se drizzat solus ad urbem.
 409 Cingar avisatur, sociis se tollit ab altris,
 410 Solus discedit, bosco se macchiat in uno.
 411 Audit Tognazzus quod Cingar in agmine non est,
 412 Pensat quod fugiat, potius vel pergat ad urbem.
 413 Illico se Mantu portans festinus arancat,⁴⁸
 414 Et quod facturum est, animo fantasticat alto.
 415 Sperzurat quod vult destruggere Cingaris artes,
 416 Et vult omnino contra illum vincere guerram.

Tognazzi interitus.

417 Imboscatu erat Cingar, videt ecce Tognazzum.
 418 Illico se, nulla formidine, fecit apertum,
 419 Miratur circum, si quisquam forte videret,
 420 Perstringit manibus roncam, fendenteque laxo
 421 Partibus in binis divisit barba Tognazzum.
 422 Ac ita finivit campari vita Cipadae.

⁴⁷ Molinum Cingaris. (Cingar's mill.) Note: above Cingar mills ideas, T p. 75.)

⁴⁸ Arancat, trottat, properat. (He rushes, he trots, he hurries.)

423 Tunc absque indusia, Berta comitante, scapinat,⁴⁹
 424 Et natos Baldi secum ducendo gemellos,
 425 Sgombrat Mantoum caeca sub nocte paesum,
 426 Inque tuis latuit montagnis, Brixia, Cingar,
 427 In quibus angustam Bertae fabricando casellam,
 428 Nescio quos paucos giornos habitaverat illic.

Conclusio.

429 Tuque, ragazze, meo bastinam pone muletto,
 430 Namque cavalcandi venit mihi voia per urbem.

Explicit phantasiae octava Macaro.

⁴⁹ Scapinat, anetatur. (He escapes, he clears off.) Note: *nettare*, to clean, plus *ab* – is swept away.

Book 9

{T Book 9 p. 103v; Port. 1.217}

Magister Acquarii argumentum
in phantasiae Macaronicen Nonam.

1 Cingar asinino coopertos spoiat amictu
2 Fratres, quo tectus sanctus habetur homo.
3 Pro socio vestit Zambellum se putat ille
4 Fratre, cui nomen frater Erinus erat.
5 Introeunt urbem pariter decarcere Baldum
6 Sub confessandi tegmine Cingar agit.
7 Inque locum Baldi Zambellus restat et inde
8 Ignorant formam qua scapolare queant.
9 Nobilis interea Leonardus venerat illuc,
10 Quem soldatorum plura caterva sequit.
11 Vadit in hostariam Baldus Cingarque sequuntur,
12 Ac ibi bretinas deposuere togas.
13 Cingar compagnis Leonardi tela rapinat,
14 Cum quibus armantur Baldus et ipse simul.

Merlin Cocaii poetae mantuani
phantasiae Macaronice Nona

1 Cingar amans Baldum nec dum presone cavatum,
2 Nil solitas artes patitur dimittere zosum.¹
3 Dicebat Bertae, vel Baldum e carcere trabo,
4 Millibus in quartis vel corpus venerit istud.
5 Et sic parlatu, subito discedit ab illis.
6 Per quosdam boscos aptos robbare caminat,
7 Itque novas semper fantasticando magagnas,
8 Qualiter e longo deducat carcere Baldum.
9 Dumque caminabat per boscum solus opacum,
10 En franceschinos fratres occurrere vidit,²
11 Qui tich toch semper faciunt gestando zupellos.
12 Hi veniunt asinum caricatum pane menantes,
13 Nec bene discernit Cingar quis esset asellus,
14 Nam tum idem color est asino, tum fratribus idem.

¹ Zosum deorsum. (Down, downwards.)

² Fratres franciscani. (Franciscan brothers.)

{T Book 9 p. 104; Port. 1.218}

15 Extemplo roncam per megium Cingar achiappat,³
 16 Ac si vellet eos occidere more Tognazzi,⁴
 17 Qui sbigottiti terrae flexere zenocchios,
 18 Parce, precor, gridant, facientes mille crosettas.
 19 Cingar eos spoiat, tantum sibi braga relicta est
 20 Atque breviarium, quo vesprum dicere possint.

Togna.

21 Ergo bertinum vestivit Cingar amictum,
 22 Ac mediam truncat barbam (risibile dictu)⁵
 23 Quadam tenaia, quoniam de forfice mancat.
 24 Iam non is Cingar, sed sanctus nempe videtur,
 25 Sub tunicis latitant sacris quam saepe ribaldi,
 26 Per quos mordetur sapientum fama virorum.⁶
 27 Proiecit manicum ronchae, ferrumque tenivit,⁷
 28 Quod sub groppifero celans cordone ferebat.
 29 Inde pians asinum, super illo pane sedebat,
 30 Dumque it blasphemans, copietam dicere paret.
 31 Per montes, campos, per silvas, rura cavalcat,
 32 Cercat elimosinam, septem cantando legrezzas.⁸
 33 Quod nam esset Cingar non illum quisque putasset,
 34 Immo videbatur sanctus Macharius esse.
 35 Denique Mantoam veniens capitavit ad urbem,
 36 Perque Cipadensem villam pitoccat ad ussos.

³ Megium toscanile, medium latine. ("Medium" is Tuscan, middle is Latin.)

⁴ More Tognazzi, quem modo squartavit. (Like Tognazzo, whom he had just quartered.)

⁵ Mediam, ut forma Cingaris aliquantum diminueretur. (Half [beard], so that Cingar's appearance is toned down.)

⁶ Notandum. [Manus.] (To be noted. [Pointing finger.])

⁷ Tenivit pro tenuit. ([Two forms:] he kept for he held.)

⁸ Legrezzas, pro allegrezzas quare pitocchi canunt causa guadagnandi. Has didicerat Cingar causa abarrandi, nam sub pretextu vel relligiosi vel pauperis fiunt barrieriae. (Cheerful [tunes] for "allegros," because beggars sing for the sake of earning money. Cingar had learned these [tunes] for the sake of his swindles, for under the cloak of clergy or paupers swindles are made.)

Astutia Cingaris miranda.

37 Interea longe Zambellum vidit in agro,
 38 Qui spedocchiabat furfanti more camisam,
 39 Cercabatque suos caldo sub sole grisantos.⁹
 40 Fecerat horrendum digito striccante macellum,
 41 Quo se mundificant Chiozam supra Maranos.¹⁰
 42 Esse pedochiosus quisnam damnabitur unquam?
 43 Nonne magis quisquam contentat habere pedocchios
 44 Quam fieri Barro Francae?
 45 Cingar ait, quid agis nunc hic, o pauper homelle?
 46 Num scires ubi stet Zambellus? dic, rogo, scisne?
 47 Cui respondet, ego Zambellus sum codesella,
 48 Qui volo, desperans, ut me cagasanguis amazzet,

{T Book 9 p. 104v; Port. 1.219}

{T Book 9 p. 105; Port. 1.219}

49 Namque fui nuper dives, nunc pauper ad ussos
 50 Vix retrovo panem, vix vinum, vixque manestram,
 51 Desgratiaeque meae stat Cingar causa giotonus,¹¹
 52 Cui mangiare suam possit giandussa coradam,
 53 O, si posset eum ladrum brancare potestas,
 54 Se signare quidem posset scampare soghettum.
 55 Tunc Cingar, benedico Deum, quod te retrovavi
 56 Ad primam bottam, nec oportuit ire vagando.
 57 Vin, Zambelle, meus fieri compagnus, et istam
 58 Pellendam tribuam, secum iungendo capuzzum?
 59 Visque Deo mecum servire? quid ultra fietur
 60 De te, si vestes istas, poverette, recusas?
 61 Zambellus subito vultu respondet alegro,
 62 Sum contentus ego, pater, O, tuus esse fradellus,
 63 Si me bertinam vis nunc vestire gonellam,¹²
 64 Nam meus, ecce viden? giuppo cagat undique strazzas,
 65 Impleboque meam panzam de pane bianco,
 66 Quam vix implebat panis niger, atque gramegnae.¹³

⁹ Grisantos, pedocchios. (Grey lice, lice.)

¹⁰ Maranus, navis. (*Marano*, boat.)*

¹¹ Desgratiae, trisilabum. (Misfortunes, trisyllabic.)

¹² Gonella, genus vestae. (Skirt, a kind of clothing.)

67 Quamvis de letra non sapio dire negottam,
68 Pur, si vis, animus bastat mihi dicere messam.

Gosa.

69 Tunc illum Cingar spoiavit veste bisella,
70 Atque caviatam capitis sine forfice tosata.
71 Hunc sibi compagnum fecit, fratremque vocavit
72 Erinum, sed se Quintinum nomine clamat.
73 Post haec de villa se partivere Cipada,
74 Et velut ad spassum coeperunt ire gradatim.
75 A pede Zambellus vadens guidabat Asellum,¹⁴
76 Qui grossolanus fratrem se reputat esse.
77 Cingar eum sequitur qui non vult ire pedester,
78 Immo cavallaster bastinam calcat Aselli.
79 Introeunt urbem spatioso denique passu,
80 Quos pro matura pensant gravitate romitos.¹⁵
81 In piazzam veniunt, ubi tromba sonare comenzat,
82 Ad cuius sonitum se vulgus ubique ragunat.
83 Dicere quid velit hoc ignorat Cingar, Asellum

{T Book 9 p. 105v; Port. 1.220}

84 Desmontans, inquit, state hic, o frater Erine,
85 Namque videre volo cur nascitur iste tumultus.
86 Quo dicto, gentem se mescolavit in illam.

Banditur Cingar.

87 Hic faciunt bandum, quod Cingar ladro ribaldus,
88 Sassinus stradae, barrus, fur, praedo, micida,¹⁶
89 Sit patria, nec non terra banditus ab illa.
90 Sed quisquis bastans animi ammazzarit eundem,
91 Ille guadagnabit ducatos mille debottum.

¹³ Gramegnae, graminis. Macaronissimum carmen. Sapio bisillabum est. Pur, tamen. (Weeds, herbs. An extremely Macaronic verse. *Sapio* – I know, is bisyllabic. Even so, still.)

¹⁴ A pede, adverbium est. (On foot is an adverb.)

¹⁵ Romittos, pro heremitas ischiroticolo conicon est. (Hermit, hermit monk is “ischiroticolo conicon.”)

¹⁶ Micida pro homicida. (Killer for man-killer.)

92 Cingar id ascoltans tremulo corde stopinat,
 93 Pro Baldo tamen ipse suo vult perdere vitam.
 94 Sic gridare igitur coepit gridore tonanti.

Fictio Cingaris.

95 O, O, nescitis, nescitis, cara brigata?
 96 Est adhuc una dies, postquam brusabitur haec urbs,
 97 Ni subito testam Baldo truncabitis illi,
 98 Quem modo sub turris vinctum presone tenetis
 99 Namque gigantonem Fracassum nomine vidi,
 100 Qui menat o quantas squadras de gente todesca.
 101 Pro Baldo giurat Mantus destrugere terram.
 102 Nunquam vista fuit gens tam crudelis et aspra.
 103 Sassinant homines, robbant, sforzantque puellas,
 104 Altaros gesiae spoiant, calicesque rapinant,
 105 Multum pegiores villanis nempe gaioffis,
 106 Qui nunc Bardellas habitant villasque propinquas,¹⁷
 107 Qui per despectum foenilia nostra brusarunt.
 108 Hos tamen exuperant gentes feritate Fracassi.
 109 Quid dicunt ladros Brisighellos, atque Spagnolos
 110 Hi superant omnes, quoniam post furta trucidant.
 111 Heu pietas, nostram sachezavere masonem,¹⁸
 112 Atque monasterium totum sotosora butarunt
 113 Petra super petram vix una relictata videtur,
 114 Et multos fratres crudeli morte necarunt.
 115 Ille Fracassus enim poca stracante fadiga,
 116 Ut lapidem gettat grandes ad sidera merlos.
 117 His ego vidi oculis illum fors quinque miaros

{T Book 9 p. 106; Port. 1.221}

118 Cum cazafrusto nostrum iactasse Priorem,
 119 Atque cosinarum, quac sunt coenanda, parantem
 120 Totum cum pugno sub terra nempe ficasse.
 121 Praeterea quemdam vecchietum per pede cepit,¹⁹
 70 Alma dies illis patefactum callat in antrum,
 71 Extollunt frontes, gaudentque videre lusorem,¹²

{T Book 17 p. 170v; Port. 2.57}

{T Book 17 p. 171; Port. 2.57}

72 Credebantque alium vinctum descendere giusum.
 73 Centaurus clamat quanta cum voce valebat,
 74 O compagnones, securi state, cavabo
 75 Vos ego de tali puteo, nolite timere,
 76 Ac veluti quondam de limbo Christus Adamum
 77 Cum reliquis patribus coelum conduxit ad altum,

⁸ 1692: Male cappatum id est qui ibi venit, pro suo malo. (Unfortunate is one who comes there for his own harm.)

⁹ Cavezzus pro colaro circa gulam ponitur. (A noose is placed around the neck as a collar.)*

¹⁰ 1692: Si pectore schioppat i. e. quam alte doleat. (If she is bursting in her breast means that she suffers deeply.)

¹¹ 1692: In ferri fune i. e. in catena. (In iron rope means in chains.)

¹² 1692: Lusorem i. e. splendorem. (Light means brilliance.)

78 Sic vos ad lumen ducam, lassate timorem.
 79 Quo dicto, quodam funem taccavit anello,
 80 Suscipiensque foci flammam quo cernere posset,
 81 Semet post cordam sogat, licet ipsa cavalli
 82 Pars gravet, ad fundum tandem se repperit esse.
 83 Ingemuit plures homines cernendo galantos
 84 Esse cadenatos gambas brazzosque manusque.
 85 Ergo rogat quis nam esset Falchettus in illis.
 86 Respondet, Falchettus ego, me solve, barone.
 87 Tunc Centaurus ei, cordis iam lassa pauram,
 88 Pro te soletto veni huc a Cingare missus.
 89 Nuper amicitiam groppavimus ambo novellam,
 90 Quem iam decrevi totum seguitare per orbem.
 91 Ast imbassatam cogor tibi dicere maestam,¹³
 92 Cingar et hanc animo valido te ferre precatur,
 93 Nam quoque Baldus habet cor paci triste dicatum.
 94 Haec ambasiata est, Leonardus in aethere godit.

Mafelina.

95 Tu dum [Dudum] matura Falchettus fronte putarat,¹⁴
 96 Mox suspirando sic, guardans sidera, dixit,
 97 Summe Deus, mentem Baldi corpusque reserva.
 98 Inde caput ponens tacito sub pectore voluit.
 99 Centaurus confortat eum dum vincula sligat,
 100 Post quem sex alios iuvenes ibi fraude reductos
 101 Disgroppat laqueis, et qui sint voce petebat.
 102 Ex quibus angelicus garzo, formaque politus
 103 Respondet, Francesus ego, natusque Pariso,
 104 Quaero meum patrem Sinibaldum, pulsus ab ipsa
 105 Qui patria fuerat propter Guidonis amorem,
 106 Regis et in cortem primus fuit ille baronus.

{T Book 17 p. 172; Port. 2.58}

107 Sed quia rex illum suspectum prorsus habebat
 108 Quod Baldovinam rapuisset Guido favore,
 109 Ipsius a cunctis francorum partibus egit.
 110 Tunc me lactabat mater vix unius anni.

¹³ Imbassata, ambasciata. (Report, dispatch.)

¹⁴ Note: Portioli has "Dudum" and the 1692, has "Jugum."

111 Ast ubi dimisso puerili tempore crevi,
 112 Cunctas disposui terrarum quaerere bandas,
 113 Donec ego dulcem possim recatare parentem,
 114 Et quis me vitam generavit scire per istam.
 115 At pro sorte maris dudum iactatus ab unda,
 116 Huc cecidi, praesensque meus fuit insula portus
 117 Cumque meis sociis, quos cernis adesse, puella
 118 Me maga decepit, mox saxum trusit in istud,
 119 Quo stetimus certe per menses octo serati.
 120 Illa meum petulans studuit foedare pudorem,
 121 Me quia francesam cognoverat esse somenzam,¹⁵
 122 Sed magis in planum valuisset ducere montes,
 123 Quam, nec quantillum, Veneris me flectere lusu.

Pedrala.

124 His dictis Falchettus eum cortesus abrazzat,
 125 Hinc alios, tandem se cordam brancat ad ipsam,
 126 Continuoque levi se rampat corpore sursum,¹⁶
 127 Unum post alium qui successive tiravit.
 128 Hic exangue trovat Leonardi corpus, et altos
 129 Emittens gemitus vocat impia sidera coeli.
 130 Centaurus tulit hoc reverenti more cadaver,
 131 Cingaris et monitu sub saxi mole gubernat.
 132 Postea praecedens comites seguitare comandat.

Comina.

133 Paulatim Phoebus cascabat ab aetheris arce,
 134 Ac vix tres horae superabant noctis ab ortu.
 135 Falchettus iuvenem chiedit quod nomen habebat.
 136 Hic, Rubinus ego vocor in baptesmate, dixit.¹⁷
 137 Et sic andantes pariter diversa loquuntur,
 138 Donec venerunt ubi magno Cingar affanno
 139 Correboare facit silvas batiendo puellam.
 140 Quando compagnos de longe accedere vidit,

¹⁵ Somenzam, propaginem. (Race, lineage.) Note: text, "Muselina tried to seduce me because she knew I was French"?!

¹⁶ Rampat et repit. (He climbs and he creeps.)

¹⁷ Rubinus. (Rubino.)

{T Book 17 p. 172v; Port. 2.60}

141 Obvius accelerat, Falchettum strictus abrazzat,
 142 Mox consolatur plorantem fata Lonardi.
 143 Centaurus brancat sibi Cingare dante flagellum,
 144 Atque suum restum Gilbecho tradere coepit.
 145 Nata Sathanasso mortem Muselina vocabat,
 146 Sed non dignatur mors illam summere secum.
 147 Falchettus multis guanzatis percutit illam.
 148 A, refremendo inquit, cornuto nata diablo,
 149 Mors te contemnit, Pluto te spernit ab orco.
 150 Cingar amorevola confortat voce Rubinum,
 151 Cuius progeniem Falchettus dixerat illi,
 152 Sed quales sunt hi quos traxerat extra cavernam
 153 Centaurus, memora lectori Musa bramanti.

De Philotheo.

154 Primus erat magnus Philotheus corpore pulcher
 155 Pulchrior ast animo, liber, fundatus in armis,
 156 Ipsemet inferius quo sit de semine dicet.

De Giuberto.

157 Alter erat guerris nil deditus atque batais,
 158 Immo fiamengus, citharam colit atque camoenas,
 159 Qui poterat superare canens Amphiona vatem.¹⁸
 160 Huius progenies magno devenit ab Orpheu,¹⁹
 161 Cui Giubertus erat nomen, gentilis, honestus,
 162 Pacificus, mitis, prudens, affabilis, aequus,
 163 Tam bene cantabat, quod boscos, saxa ferasque
 164 Ad sonitum cithare iuncta cum voce trahebat.
 165 Non tamen evasit Muselinae versibus artem,
 166 Musica victa fuit magia, sunt utraque carmen.

De Malfatto.

167 Alter erat quidam Malfattus nomine, prestus

¹⁸ Amphion. (Amphion.) Note: Amphion was a singing poet who charmed rocks into building Thebes, cf. *Inferno* 32.10-12.

¹⁹ Orpheus. (Orpheus.)

168 Consilio linguaque potens, sermone disertus,
 169 Architoffellos vicisset mille loquendo.²⁰

De Malaspina.

170 Alter erat claro natus de sanguine Spagnae,
 171 Corpore et ingenio validus, Malaspinaque dictus
 172 Cuius progenies Feragutto venit ab illo,²¹

{T Book 17 p. 173; Port. 2.61}

173 Qui tulit, excepto, sua membra fadata, belico,
 174 Hic caput aguzzum veluti Zenovesus habebat,²²
 175 Nam quum nascuntur Zenovesi quippe putini,
 176 Dum Catharinette puerum pueramve gridantes
 177 Disvulvant, rogitant commadres arte magistras,
 178 Ut faciant testam quando puer exit aguzzam.
 179 Ergo nil mirum quod acuti sunt Zenovesi.

De Boccalo.

180 Ultimus alter erat tantum parlando facetus,
 181 Quod cogisset enim risu mollescere cautes,
 182 Risissentque asini buffonizzante Boccalo.
 183 Nomen erat nam tale sibi de stirpe Botazzi.
 184 Hos omnes solita Cingar suscepit usanza,
 185 Improvisa simul quos fradelanza ligarat.

Berta

186 Baldus adhuc sensus per somnia longa trahebat,
 187 Quem sic possantem constipavere barones.
 188 En subito comparet homo silvaticus extra
 189 Boscaiam foltam, barbatus, membra pilosus,
 190 Qui currendo procul Moschinum tergore gestat.

²⁰ Architoffellus. (Ahithophel.) Note: Ahithophel was an wise counselor to King David, but rebelled against him (with Absalom), 2 Samuel 15-17.

²¹ Feraguttus. (Ferraguto/ Ferraù.) Note: In French and Italian (and Franco-Venetian) chivalric epics, Ferraguto is a Saracen leader, powerful and invincible, except for his navel ([om]belico).

²² De Zenovesus. (About the Genoese.)

191 Sed quidam formosus eum damigellus agebat
 192 Huc illuc, clamans, praedam depone, maruffe.²³
 193 Sic dicens torsit, non parvis forcibus, hastam,
 194 Quam per ventronem passata pelle ficavit.
 195 Barones iuvenis bottam stupuere gaiardam.
 196 Moschinus relevat se, caros novit amicos,
 197 Et dongelettum clamans, o Hircane, vocabat.²⁴
 198 Quod nomen quando Malfattus sentit, in uno
 199 Battimento oculi iucunda fronte cucurrit,
 200 Hircanumque sibi germanum striccat et ille
 201 Malfattum pariter brazzis accepit apertis.
 202 Cingar cum reliquis raptim venit obvius illis,
 203 Solus at angelicus, defixa mente, Rubinus
 204 Ad Baldi guardam restat plexusque remirat,
 205 Nec satiare potest animum comprehendere Baldum.

Gosa.

{T Book 17 p. 173v; Port. 2.62}

206 Cingar ait, Moschine meus, tibi nuntio casum
 207 Horrendum, quem tu (sicut nos fecimus) aequa
 208 Mente feras, nam sancta dei fuit ista voluntas,
 209 Aethera laudato Leonardus fine petivit.
 210 Moschinus tremuit, graciles madefecit ocellos,
 211 Et solus boschum vadit meditando per illum.
 212 Non tantum cruciat se stessum morte Lonardi
 213 Sed Baldum magnos pensabat habere dolores.

Mafelina.

214 Hircano interea plures fecere carezzas,
 215 Praecipue Cingar multum illi monstrat amorem.

Visio Baldi.

216 Ecce statim Baldus magno terrore coactus,
 217 Excutitur somno, pavidus fugit inde Rubinus,
 218 Accurrit Cingar, reliqui sectantur amici.

²³ Maruffus frater Marlochi. (Maruffo, brother of Marlocco.)

²⁴ Hircanus. (Hircano.)

219 Tum Baldus revocans animum, qua fronte solebat
 220 Cernere dilectum Leonardum, dixit, amici,
 221 Aeternum patrem laudemus cuncti potentem,
 222 Qui super humanos agnoscens esse dolores
 223 Quos modo germani Leonardi caede ferebam,
 224 Hunc mihi per somnum demisit ab aethere nunc nunc.
 225 Quantum forma alium, gestu fatuque Leonardum,
 226 Quid fles, Balde? inquit, numquid me summa tenere
 227 Te piget? ah lacrimas cohibe, dulcissime, tantas,
 228 Nil deflare licet, quem iam gaudere teneris
 229 Auffugisse orci p[ro]enas, coelique decoros
 230 Acquisisse polos, ubi patria nostra locatur.
 231 Quid fles? ah lacrimas cohibe dulcissime tantas.
 232 Cum tamen hunc nequeas magnum superare dolorem,
 233 Ecce tibi puerum formosum animoque pudicum
 234 Trado mei similem maturis actibus, aevo.
 235 Ipse Rubinus habet nomen, sic fatus Olympum
 236 Angelicas inter laudes remeando petivit,
 237 Ac ego confestim discussi membra sopore.
 238 Nunquid in hac turba stat forsitan ille Rubinus?

Pedrala.

{T Book 17 p. 174; Port. 2.63}

239 Obstupuere omnes, intentique ora tenebant
 240 Denique Cingar ait, non te, mi Balde, fefellit
 241 Somnus, crede quidem tua somnia vera fuerunt.
 242 Ecce Rubinus adest, sic dicens porrigit illum.
 243 Dudum Baldus eum inspexit, dulcissime fili,
 244 Dixit, eris mea spes, cor, mens omnisque levamen
 245 Ploratus, animique decus, solamen amorque.
 246 Nos eadem semper mens dirigat, una voluntas
 247 In cunctis adsit rebus, decet ista sodales.
 248 Sic ait, atque illum tenero perstringit amore.
 249 Ex auro fino digitis mox traxit anellum,
 250 Pignus amicitiae, quem laeto praebuit illi.
 251 Accipit et grates reddit, propriumque recondit
 252 In digitum Baldumque sequi per tota spondit
 253 Littora, nec patrem Sinibaldum quaerere curat,
 254 Decrevit quoniam cum Baldo vivere semper.

Comina.

255 Post haec Hircanum generosum Baldus abrazzat,
 256 Quem sibi compagnum fecit Moschinus adessum.
 257 Centauro veniam facto pro errore dimandat,
 258 Namque putarat eum vita spoliasse Lonardum.
 259 Post hunc Malfattum, Malaspinam, Philoque teum,
 260 Giubertum, tandem Boccalum colligit ulnis.
 261 Inde rotans visum Muselinam sanguine foedam
 262 Despicit, ac alia Gilbeccum parte ligatum.
 263 Quo venit haec novitas? inquit, quae culpa puellae?
 264 Cingar ait, meretrix haec est Muselina, Lonardi
 265 Causa necis, quam iste senex Gilbeccus amabat,
 266 Atque viandantes impregonabat in atram
 267 Speluncam, propter satiare libidine voiam.
 268 Baldus in aspectu verbum cangiatur ob illud,
 269 Avertens oculos, poltronam cernere spreuit,
 270 Immo gemens, odio tactus sdegnoque recedit.
 271 Cingar eum sequitur, sequitur quoque caetera phalanx,
 272 Atque ad speluncam sancti venere romiti,
 273 Cui modo promisit Baldum conducere Cingar.

{T Book 17 p. 174v; Port. 2.64}

{T Book 17 p. 175; Port. 2.64}

274 Omnes introeunt, surrexit protinus alma
 275 Vecchionis facies, qualis fuit inclyta Pauli,²⁵
 276 Inque suas ulnas Baldum lachrimando recepit,
 277 Nilque loqui poterat, nam vocem gaudia tollunt.
 278 Inde iubet sedeant omnes, quae iussa tacentes
 279 Cuncti suscipiunt, illo sic ore loquente.

Sermo de inanitate mundi

280 O curvae in terris animae et coelestium inanes,
 281 Per nos ah quantum foedatur imago Tonantis,
 282 Ducimur implicito mundi per inania sensu.
 283 Felices huius spretis qui luxibus altam
 284 Ad patriam, qua regnat amor divinus, anhelant.

²⁵ Paulus. (St. Paul.)

285 Credite quid coelum, quid tellus praebeat et quid
 286 Tartarus agnovi.
 287 Maxima Francigenum quondam super atria regis
 288 Primus eram Guido, fateatur Gallica proles²⁶
 289 Laus mihi quanta fuit quantove fruebar honore,
 290 Quod ducis ingenium, quod vastum robur in armis,
 291 Quas tandem palmas habui Mavorte sub atro.
 292 Omnia quid referam? tantum mihi gratia crevit,
 293 (Gratia si tamen est) ut Baldovina propago
 294 Postera gallorum Regis, quae sola superstes
 295 Extabat regni, nostro decepta decore
 296 Ferbuit infelix ignemque cupidinis hausit.
 297 Tunc effrenis amor consuetas attulit artes,
 298 Mens mea tota ruit proprios oblita triumphos,
 299 Quam veris facies nihil occultabat amicis.
 300 Magnanimus tanto Sinibaldus ferre medelam
 301 Instuduit morbo, Paridis referebat amores,
 302 Tum mihi quanta brevi spatio iactura veniret.
 303 Heu frustra monitas Sinibaldi verba per aures
 304 Non audita volant, ratio succumbit amori.
 305 Feminei velut est sexus, magis illa furebat,
 306 Inque meo amplexu patrium corrumpit honorem.
 307 Heu, quae post crimen subeunt praecordia curae.
 308 Quae anxietas animi, quae mens incerta salutis.

{T Book 17 p. 175v; Port. 2.65}

309 Iamque tenere fugam meditor, meditatur et illa,
 310 Sollicitude modum praestat, Sinibaldus utrumque
 311 Piissimus extra arcem valvis eduxit apertis.
 312 Non sunt tanta modo referenda pericula vobis,
 313 Quae super aereas ambo transivimus Alpes.
 314 Denique post fluctum pelagi, post montis acumen,
 315 Ignari cursus, Mantoam venimus urbem.
 316 Rusticus et monitu divum nos forte recepit
 317 Pauperis in Tuguri congestum cespite culmen.
 318 Hic gravis (heu fateor) coniux enixa decorem
 319 Protulit in mundum, quo partu extincta remansit.
 320 Hac mihi sublata, mundi contagia novi.
 321 Post fletum uxoris, placuit deflere peractum

²⁶ Guido pater Baldi. (Guido, Baldo's father.)

322 Tempus, et obliquis absumptum gressibus aevum.
 323 Ergo per ambiguos montes, per concava saxa,
 324 Per loca silvarum, per tanta pericula ponti,
 325 Usque modo fugiens hominum consortia vixi.
 326 Haec ea quas fudi lachrimas spelunca loquatur.
 327 Angelico tandem visu induisise Tonantem
 328 Saepe mihi novi, facinusque luisse peractum.
 329 Iamque prophetandi mihi parta est gratia, totum
 330 Ante meos oculos Deus orbem semper apertum
 331 Concessit mentesque hominum venturaque rerum.
 332 Hoc insignitus dono, carissime fili
 333 Balde tuam semper felici numine vitam
 334 Inspeculor, quoniam tu solus nostra propago es,
 335 Tuque peremisti matrem nascendo, nec ipsum
 336 Me patrem unquam vidisti, Te rusticus ille
 337 Pro nato exceptit, cuius lac praebuit uxor.
 338 Mantua non modicos tenuit te carcere menses,
 339 Imbribus armorum sed mox circumdatus, illum
 340 Evasisse pio meruisti Cingaris astu.
 341 Passus es aequoreas coelo minitante procellas,
 342 Post quas pyratae bellum crudele tulerunt.
 343 Id superans tandem venisti ad littora patris.
 344 Unde Leonardus demisso pondere carnis,

{T Book 17 p. 176; Port. 2.66}

345 Ivit ad optatos Aulae coelestis honores,
 346 Nec vos exturbet magicas dum cernitis artes.
 347 Hactenus arbitrio presens stetit insula nostro,
 348 Insula quae summo fundatur tergore cethe
 349 Haud naturali, magico sed carmine, causam
 350 Hanc etenim perversa deo Muselina ferente
 351 Composuit, sed nunc poenas pro crimine solvet,
 352 Iam paradisiacos ad cives scando. Valete.

Conclusio.

353 Sic dicens iunctis palmis ac poplite flexo,
 354 Tradidit extremas coram plorantibus auras.

Explicit decimaseptima.

Book 18

Magistri Acquarii Lodolae Argumentum
in Decimamoctavam phantasiae macaronicen.

1 Barrones corpus divi Guidonis adorant,
2 Merlinique parant condere Sarcophago.
3 Centaurus magicum Rubicano daemone pulsus
4 Restituit librum, remque videre sedent.
5 Remque videre sedent comites, Rubicanus aperto
6 Libro Monstra vocat cornea more Magi.
7 Ense diabolicas vult Baldus sternere formas,
8 Sed repetit nigros brutta canaia lares.
9 Post haec conduntur tumulo duo corpora in uno,
10 Muslinaeque foco membra, senisque dicant.
11 Insula pracipitat tergo fundata balenae,
12 Verum Fracassi robore firma stetit.

Merlini Cocaii poetae mantuani
Macaronice decimaoctava.

1 Nox erat, et tanta est lux circumfusa cadaver
2 Eximium, quod plura dies ibi sola nitebat.
3 Contremuere omnes largoque liquescere planctu
4 Mirantur dubium patris sub imagine Baldum.

{T Book 18 p. 176v; Port. 2.68}

5 Qui postquam stupuit dubium, sic ora solutus
6 Incipit et dictis lacrymas iungebat amaras.

Baldi oratio.

7 Me miserum, saltem, pater o sanctissime possem
8 Has tibi supremas viventi reddere voces.
9 Quod regale meum genus extat, gratulor, ipsa
10 Quamvis tarda fuit nostrae cognitio prolis.
11 Fallimur at quoniam mortales saepe, voluntas
12 Hactenus id nobis forsans lovis ardua pressit,
13 Conspicua ductum ne stirpe superbia ferret
14 Me modo praecipitem, ruit in se magna frequenter
15 Progenies, et quo petit altius, icta ruinam

16 Deterius capit, ac proprio fert damna flagello.
 17 Nunc ubi ter decies in eo maturior annos,
 18 Hic iuventutis furor excidit, unde malorum
 19 Enervata solet patulos invadere mores,
 20 Mitior effectue, quanta est mihi gratia coelo
 21 Fusa recognosco, quoniam pater alme priusquam
 22 Te nunc sidereo donavit lumine virtus,
 23 Coepimus exemplum tua per vestigia calles
 24 Affectare, quibus vehimur coelestis ad hortum
 25 Delitii, fruimurque Deo divumque nitore.
 26 Ergo, beate pater, nati non immemor esto,
 27 Si qua manent Regem famulorum vota suorum,
 28 Siste Dei nostris contactam sordibus iram,
 29 Quas fletusque mei, pietasque oblitteret alma.
 30 Inde mihi superis concessam hanc forte catervam
 31 Sustine, ne ambitio, ne lis, ne livor ad enses
 32 Instimulet molles animos et pectus acerbet.

Berta.

33 Sic ait, et curvans humili se pectore, fixit
 34 Basia per totum corpus, quod fletibus omne
 35 Lavit et innato ter patrem strinxit amore.
 36 Succedunt alii, Cingar prior, inde Rubinus,
 37 Post quem Falchettus laccam flectendo caninam.¹
 38 Hircanus tenero fronti dedit ore basinum.

{T Book 18 p. 177; Port. 2.69}

39 Moschinus sequitur facili qui plorat ocello.
 40 Centaurus sese curvavit more cavalli.
 41 Succedit Malfattus ei Malaspina, Bocalus.
 42 Giubertus citharae modulancia tangere fila
 43 Incipit, et tremulo sic promit gutture carmen.

Carmen Giuberti.

44 Quale sub autumnno, Borea redeunte, pavescit
 45 Omnes nemus cernitque suas in littore frondes.²

¹ Lacca est posterior pars zenocchi quae plicatur. ("Lacca" is the back part of the knee that is flexed.)

46 Mox sub vere novo zephyris afflantibus ornat
 47 Porrectos coelo ramos humore virenti,
 48 Tale genus nostrum mortis sub lege novatur.
 49 Nascimur et nati morimur, sua quemque vorabit³
 50 lam praescripta dies, miser est at quisquis et ossa
 51 Et vitam pariter gelido sub marmore claudit.
 52 Vivida falcigeram virtus domat unica divam,
 53 Dicite quemque mori nunquam qui vivere coepit.
 54 Nec vivit quicumque suas male computat horas.
 55 Sic virtus viciumque docet cognoscere mortem.

Comina.

56 Dudum mirarat Philotheus, denique clamat
 57 O quoties strictis me brazis ferre solebat
 58 Infantem Guidoque mihi dare basia centum.
 59 Est mihi namque pater, quem Francum nomine dicunt.⁴
 60 Is fuit ex huius quondam Guidonis amicis.
 61 Nescio quo vadat, quoniam rex gallicus illum
 62 Expulit a patria propter Guidonis amorem.
 63 Qua propter te, Balde, volo seguitare per omnes
 64 Mundi contradas, coeli maris, atque diabli.
 65 Baldus ait, nos alta simal prudentia iungit,
 66 Rebus ut in cunctis veraces simus amici.
 67 Nulla sit in nobis screpantia, nulla bosia,⁵
 68 Aut animi sdegnum, sed cura medesima cunctis.
 69 Eya igitur positis omnino fletibus, ista
 70 Candida marmoreo tradamus membra sepulchro.
 71 Tu Cingar corpus frattantum perge Lonardi⁶
 72 Prendere, tu secum vadas, Hircane, camina.

{T Book 18 p. 177v; Port. 2.70}

{T Book 18 p. 178; Port. 2.70}

² Comparatio. (Comparison.)

³ [Manus.] ([Pointing finger.])

⁴ Iste Francus est ille Barro, quem superius in libro primo commemoravimus. (This Franco is that baron whom we mentioned above in Book One.)

⁵ Screpantia melius quam differentia. (Discrepancy is better than difference.)

⁶ Fra tantum, pro interea. (In the meantime, for meanwhile.)

73 Tunc Falchettus ait, si vis cum Cingare vadam.
 74 Vade, refert Baldus, sine Cingare vivere nescis.
 75 Tuque sciens ubi stat pulchrum, Vinmazze, sepulchrum,
 76 Hoc mihi ferre stude, Malfattus donet aiutum,
 77 Et Malaspina simul, Philotheus, quatuor ite.
 78 Tu, Moschine meus, tecum veniente Bocalo,
 79 Perge per hanc silvam Muselinae ponere guardam.
 80 Cingar abit, Centaurus abit, Moschinus abitque,
 81 Quisque comandantis Baldi mandata facescit,⁷
 82 Qui sepelire cupit reverenter busta parentis.
 83 Giubertum secum retinet puerumque Rubinum.
 84 Vinmazzus reperit (quamvis nox tota nigrescat)
 85 Sfoggiatum tumulum similemque albedine lacti.⁸
 86 Ponere quem supra dum groppas optat equinas,
 87 Et Malfattus eum Malaspinaque fortis aitat,
 88 Non (Philotheus ait) non sic faciatis, amici,
 89 Sed prius hoc saxo pendentia metra legamus.

Epithaphium Merlini.

90 Merlinus iacet hic, natus sine patre propheta,
 91 Vixit, et in magica nulli fuit arte secundus.

Gosa.

92 Protinus admotis manibus spallisque copertum
 93 Sburlantes urnae, iaciunt tomare stravoltum.
 94 Illo vix lapso niger ecce diabolus exit,
 95 Atque super scapulas Centauri saltat equinas.
 96 Percutiebat eum vastas donando pugnadas,⁹
 97 Tunc Philotheus eum subiens per cornua brancat,
 98 Sed scorlando caput muzzat velut umbra per auras.
 99 Inde volans etiam Centauri supra culattas
 100 Hunc pistando, iubet magicum deponere librum.
 101 Centaurus nolens combattere contra diablum,

⁷ Facescit, libenter expedit. (Begins to perform, willingly executes.)

⁸ Sfoggiatum dicimus variatum, et diversicoloritum. (For motley we say varied and multicolored.)

⁹ Pugnada primam indiferentem habet, quamvis a pugno descendat, et est percussio pugni. ("Pugnada," punch, has the first syllable variable, although it derives from fist, and is the blow from a fist.)

102 Librum nunc toltum Muselinae proiicit agro,
 103 Quem cito daemonium, nullo prohibente, rapinat,
 104 Atque facit segura festam, velut esset alegras
 105 Hunc habuisse librum, basat quem mille fiatas.
 106 Mirantur comites, et magno corde sedentes,

{T Book 18 p. 178v; Port. 2.71}

107 Unanimes statuunt omnino cernere finem.
 108 Ast ibi Giubertus Baldo dimissus arivat,
 109 Ut daret altorium Centauro ferre sepulchrum.
 110 Hoc viso, Malfattus ait sermone piano,
 111 Heus, Giuberte, veni, cernis? niger ecce diavol.
 112 Vade statim, quaeso, reliquos huc mena sodales.¹⁰
 113 Non bis Giubertus cosam sibi dicere fecit.
 114 Currit et ad Baldum cosam frezzose recontat.
 115 Cui Baldus, veniam Phlegethontis cernere monstrum,
 116 Ut noscam si tam niger est ut pingitur ille.
 117 Sed tu quaeso mane modicum dum Cingar arivat,
 118 Et pariter cuncti (Moschinum ante vocate)
 119 Accelerate precor, venias, mi belle Rubine.
 120 Sic ait, et cupidus diabolica membra videre
 121 Noctis in obscurum properat seguitante Rubino.
 122 Nec mora, Cingar adest, Giubertus narrat, et ille
 123 Corpore deposito Leonardi conserat antrum.
 124 Mox prius andantes Moschinum tollere, Baldo
 125 Venerunt omnes, quos Baldi dextera cignat
 126 Stare chetos monstratque illis, cicigando, diablum.¹¹

Forma Diaboli.

127 Ille super lapidem ventosis fertur ab aliis,
 128 Quae sunt de guisa veluti Gregnapola gestat.¹²
 129 Quattuor in testam fert stantes vertice cornas,

¹⁰ Mena, imperantis est. Nota quod omnia imperativa in a terminantia ultinam producunt dico latine, sed macaronice possunt abbreviari. (“Mena” [lead, bring] is an imperative. Note that all imperatives reveal a last syllable terminating in “a” – in Latin, I mean, in Macaronics they can be abbreviated.)

¹¹ Chetus florentine dicit quietus. ([For] quiet in Florentine one says “cheto.”) Note: variation in 1692: Chetos i. e. tacentes; quiet means keeping silent.

¹² De guisa, de more, de forma. (Like, in the manner of, in the shape of.)

130 Instar Montonis tortas, dependet aguzzus
 131 Nasus, qui semper vomit atro sulphure flammis.
 132 Plus Asini longas hinc inde volutat orecchias.
 133 Deque cavernosis oculis duo brasida volgit
 134 Lumina, nec minor est muso sua bocca Lupino,
 135 Extra quam dentes ut porcus grignat aguzzos.
 136 Barba velut becchi marzo de sanguine pectus
 137 Imbrattat, quo testa canis stat ficca tesini,¹³
 138 Quae semper bau bau faciens sua labra biassat.
 139 Vergognosa caput serpentis pars sua vibrat
 140 Sibila, sed retro dependet cauda Leonis.
 141 Gambae subtiles pedibus gestantur ochinis,

{T Book 18 p. 179; Port. 2.72}

142 Undique sulphureum de corpore mittit odorem.

Gosa.

143 Ergo facit guardando librum rea bestia danzam,
 144 Ac varios fingit scambiettos more moreschae.¹⁴
 145 Quapropter socii non se ridendo tenebant,
 146 Unde istigatur mandare silentia Baldus.
 147 Post longas festas alter venit ecce diavol,
 148 Quid, stridendo clamat, quid facis o Rubicane?
 149 Cui cito respondet, venias, Libicocche sodalis,¹⁵
 150 Nos hodie unam certe guadagnabimus almam.
 151 Ecce liber magicas, qui nos cruciabat ognhora.
 152 An cosam nescis? quidam venere barones,
 153 Qui valuere dolos Muselinae rumpere nostrae.
 154 Illa tapina modo fustum religatur ad unum,¹⁶

¹³ Imbrattat, deturpat, de rebus imbratativis lege necessaria Berith. ([Rubicane's beard] contaminates [his chest]; about contaminating things, read Berith.) Note: a devil named Berith is mentioned below, T 18.253. There is an ancient god Berith mentioned in the Old Testament, also called Ba'al-berith, sometimes associated with Beelzebub, Judges 8:33, 9:4, 46.

¹⁴ Scambiettus, est genus salti sicut capriola, tamen accipitur pro qualibet saltatione. (A caper is a kind of jump, like a somersault, nonetheless it is accepted for any sort of jump/ dance move.)

¹⁵ Rubicanus et Libicochus. (Rubicane and Libicocco.)

155 Quam [s]tambussadis Cingar (scis? ille ladrettus)¹⁷
 156 Totam sferzavit, de qua pluvit undique sanguis.
 157 Incantatricis de pectore traxerat istum
 158 Centaurus librum, sed ego sub marmore vatis
 159 Merlini latitans exivi protinus, atque
 160 Centaurum pugnīs, calcis morsuque domavi
 161 Donec per forzam librum mihi praebuit istum.
 162 Ecce, viden? liber est Muselinae, tunc Libycoccus
 163 Clamabat, deh squarza illum, Rubicane, quadernum
 164 Nam timeo, ne forte trovet Magus alter eundem,
 165 Et mala sint nobis peiora prioribus olim.¹⁸
 166 Non, Rubicanus ait, liber est squarzandus adessum,
 167 Unam rem primo faciamus quaeso galantam.
 168 Omnes inferni volo sconzurare Diablos.

Ars Magica.

169 En Salomome habet liber hic pentacula plumbi,¹⁹
 170 Aspice cum quantis sunt compassata figuris.
 171 Pingitur en primo Zoroaster persa registro,²⁰
 172 Qui fertur primus nobis posuisse Cavezzam.
 173 En quoque thesalicae folio documenta secundo
 174 Medeae, fratrisque sui, propriaeque sororis.²¹
 175 Ecce magus Thebit, qui tempestate, venenis,²²

{T Book 18 p. 179v; Port. 2.72}

176 Grandinibus, quadam destruxit imagine regnum.
 177 Ecce Picatricis nigromanti sculpta tabella,²³
 178 O quam per numeros ad Amorem quisque tiratur,
 179 Non tamen hac potuit Muselina tirare Lonardum,

¹⁶ Fustum pro trunco, nam proprie fustum est lignum qui sustinet pavaionem. (A beam for a trunk, as specifically a beam is a wood board which holds up a pavilion.)

¹⁷ Stambussada mantuanice accipitur pro bastonada. (A drubbing is accepted as Mantuan for clubbing.)

¹⁸ Olim de futuro. (*Olim* used for, in the future.)

¹⁹ Salomon. (Salomon.)

²⁰ Zoroastes. (Zoroaster/Zarathustra.)

²¹ Medea. (Medea.)

²² Thebit. (Thebit/Thabit.) Note: Thabit ibn Qurrah, fl. late 9th century.

²³ Picatrix. (*Picatrix*.) Note: Latin title of an Arabic text, *Ghayat al hakim*.

180 Serraffi quoniam Agnicastus repulit ignem.
 181 Ecce Michaelis de Incantu Regula Scoti,²⁴
 182 Qua post sex formas cereae fabricantur imago
 183 Demonii Sathan, Saturni facta piombo.
 184 Cui suffimigio per sirica rubra cremato,²⁵
 185 Hac (licet obsistant) coguntur amare puellae.
 186 Ecce idem Scotus, qui stando sub arboris umbra,
 187 Ante characteribus designat millibus orbem,
 188 Quattuor inde vocat magna cum voce diablos
 189 Unus ab occasu properat, venit alter ab ortu,
 190 Merridies terzum mandat, septemtrio quartum,²⁶
 191 Consecrare facit frenum conforme per ipsos,²⁷
 192 Cum quo vincit equum nigrum, nulloque vedutum,
 193 Quem, quo vult, tanquam turchesca sagitta, cavalcat,
 194 Sacrificatque comas eiusdem saepe cavalli.
 195 En quoque depingit Magus idem in littore navem,
 196 Quae vogat totum octo remis ducta per orbem,
 197 Humanae spinae suffimigat inde medullam.
 198 En docet ut magicis cappam sacrare susurris,
 199 Quam sacrando fremunt plorantque per aera turbae
 200 Spiritum, quoniam verbis nolendo tiramur.
 201 Hanc quicumque gerit gradiens ubicunque locorum
 202 Aspicitur nusquam, caveat tamen ire per album
 203 Solis splendorem, quia tunc sua cernitur umbra.
 204 En Aba[n]ni Petrus redeuntem saepe monetam²⁸
 205 Ad bursam spendit, mox cuiuscumque ribaldi
 206 Ecce caput, quem sive focus seu forca necavit,
 207 Hoc bene sacrato nullo cernente meatur.
 208 Artaus en gladius qui sistit flumina, siccat
 209 Gramina, tempestat fruges, tollitque biavam.²⁹
 210 En tandem Calamita sinit sibi plectere ferrum

²⁴ Michael Scotus. (Michael Scot.)

²⁵ Suffimigium quasi sacrificium diabolo. (A suffumigation is like a sacrifice to the devil.)

²⁶ Merridies per duplicem .r. auctoritate sua, sicut Vergilius dixit reliquias. (Merridies, with [the poet's] authority for the double "r," as Vergil said "reliquias.")

²⁷ Per viam freni. (As means of a restraint/ like a bridle.)*

²⁸ Petrus de Albano. (Petrus Albanus.) Note: looks as though a second "n" is to be added by means of a line over the "a" -- to make the vowel long.

²⁹ Tempestat macaronice ponitur. ([Artaus's/ Arthur's sword] churns up, [*tempestat*] is used Macaronically.)

211 Si baptizatur, sed cor de pectore scarpat,

{T Book 18 p. 180; Port. 2.74}

212 Ac hominum carnes in amoris vincula stringit.
 213 Cernis Apollonium Theaneum? mox saracenum³⁰
 214 Incantatorem Granatae? cerne Magundat³¹
 215 Quomodo Imaginibus tirat in sua vota diablos.
 216 Ergo quid ipse moror? iam sconzurare parecchio.

Rubicanus coniurat demones.

217 Sic dicens, orbem designat more magorum,
 218 In medio cuius Libicocum stare comandat.
 219 Mox aperit librum, legit hunc relegitque per horam,
 220 In terramque facit cum virga mille figuras.
 221 Magnum Semiphoram vocat audax, aglaque ia ia,³²
 222 Et quascumque magi faciunt, facit ipse pregheras.
 223 Ecce fracassatas per silvas impetus ingens,
 224 Barbarizza venit secum latrante Cagnazzo.
 225 Quid, Muselina, gridant, quidnam, Muselina, comandas?
 226 Verum sbeffatos Rubicano se esse videntes,
 227 O qualem faciunt schioppanti corde risaiam.
 228 Procedit Rubicanus eum relegendo quadernum,
 229 Tres quoque terrisono veniunt stridore diabli,
 230 Calcabrina prior, sed Gambatorta secundus,
 231 Tertius est Malatasca, focum culamine spargens.
 232 Quid, Muselina, gridant, quidnam, Muselina, comandas?
 233 Uriel et Futluel magno conamine rumpunt.
 234 Quid, Muselina, gridant? quidnam, Muselina, comandas?
 235 Farfarellus adest, quem Dragganizza sequebat,
 236 Hi quoque ridentes se norunt esse gabatos.
 237 Vix quibus adiunctis Malacoda ruebat et ipsum

³⁰ Apollonius Theaneus. (Apollonius of Tyana.) Note: First century Neopythagorean philosopher.

³¹ Magundat, qui postea dictus est Anastasius. (Magundat who afterwards was called Anastasius.) Note: Magundat was a mage and follower of Zoroastrianism who converted to Christianity and was martyred in 628.

³² Semiphoras dei nomen. Agla, ia ia. (Semiphoras is the name of a god. Agla, ia ia.) Note: Semiphoras (spelled variously) seems to be one name given to a creator god or angel, see Wikipedia.

238 Insegitur Marmotta furens Sathanasque tricornia.
 239 Quid, Muselina, iubes, clamabant, sed Rubicanum
 240 Quando cernebant magicum evasisse magistrum,
 241 Admirabantur, fundebant inde cachinnos.
 242 Astaroth in furiam veniebat, Belzebub unam
 243 Gestat furcinam, seguitat Malabolza, nec ipse
 244 Grafficanis habens rascum succedere tardat.
 245 Quid, Muselina, gridant, quidnam, Muselina, comandas?
 246 Asmodeus adest, Alchinus, Belial atque

{T Book 18 p. 180v; Port. 2.75}

247 Taratar et Sirel omnes insemma gridantes,
 248 Quid, Muselina, iubes? quidnam, Muselina, comandas?
 249 Stizzaferrus item, Meloniel, Acharon adsunt,
 250 Quos Malabranca sequens Ciriattum guidat apressum,
 251 Magnum quisque tacit tenebrosa per aera murmur.
 252 Quid, Muselina, gridant, quidnam, Muselina dimandas?
 253 Denique Scarmilius, Paimon, Berith, inde Minossus,
 254 Mox Sulfaneus, quem Mamona, dente ritorto,
 255 Insequitur, veniunt omnes insemma sbraiantes,
 256 Quid, Muselina, iubes? quidnam, Muselina, comandas?
 257 Mox (Rubicane, gridant) sic nos, Rubicane bachioccas?³³
 258 Denique, consilio facto, simul ista lovagna,
 259 Luciferum ad regem subito deliberat ire,
 260 Atque striae toltum illi presentare volumen,
 261 Quae iam tartareis est strassinanda paesis.
 262 Baldus habet voiam contra zuffare Diablos,
 263 Ast appena fodro rutilum sguainaverat Ensem,
 264 Illi de fumo silvas liquere pienas,
 265 Et pariter magno Baratrum petiere tumultu.

Mafelina.

266 Baldus cum sociis repetivit tecta parentis,
 267 Sed non supportans bustum guardare Lonardi,
 268 Errat per sylvas secum menando Rubinum.
 269 Cingar at almifici corpus Guidonis in album

³³ Bachiocco, as, pro castronare aliquando ponimus. (I joke, you joke, we put sometimes for to fool [someone].) Note: *bachiocco* is a bell clapper; *castronare* literally means to castrate but is used for to pull someone's leg.

270 Marmor et appressum Leonardi membra repossat.

Comina.

271 Clara dies totum iam circum lucigat orbem,
 272 Postquam mangiarunt ac implevere magonem,
 273 Parvum de cannis stipulis fecere casellum,³⁴
 274 In quo debebat Muselina ribalda brusari.
 275 Hanc igitur grandi strassinat squadra furore,
 276 Praecipue Falchettus eam cum calcibus urtat,
 277 Nam male de nostris animis offensio cascat.³⁵
 278 Cingar Gilbeccum Muselinae traxit apressum,
 279 Inque casotellum flammis crepitantibus ambos
 280 Incendunt, sed magna venit visibilis ecce

{T Book 18 p. 181; Port. 2.75}

281 Turba diabolicae prolis, focus undique tratur,
 282 Portaruntque viam iunctos cum corpore binos.
 283 Quo facto se vasta cito movet insula cursu,
 284 Terrenturque viri, noscunt tamen esse Balenam
 285 Quam modo Guido pater Baldi praedixerat illis.
 286 Quod postquam stygias Muselina calarit ad umbras,
 287 Ipsa teneretur non amplius insula Monstro.
 288 Quae liquidas currit tam presta per aequoris undas,
 289 Quod non bombardam velocius ire videmus,³⁶
 290 Vel ballottellam buso quae scoccat ab arcu.
 291 Iamque in motu oculi fecit quasi trenta mearos.
 292 Cingar desperat dicendo, quis iste diavol?
 293 Centaurusque stupet, quia sic non fecerat ante.
 294 Falchettus reliquos animat lassare pauram,
 295 Cernere namque novas magis est laudabile cosas,
 296 Quam nunquam propriae terrae lassare pagnoccam.³⁷
 297 Egressus boscos in littore quisque sedebat,
 298 Baldus et hanc tacitus novitatem masticat omnem.³⁸

³⁴ Casellus et casotellus duo diminutiva casae.* (Hut, stand, two diminutives of *casa*, house.)

³⁵ [Manus.] Notabile. ([Pointing finger.] To be noted.)

³⁶ Hiperbole est, sic Maro fluctus ad sidera tollit. (This is hyperbole, thus Maro: "fluctus ad sidera tollit.") Note: Vergil, Aeneid, 1.103; 1692 has *mare* for *maro*.

³⁷ [Manus.] Notabile. ([Pointing finger.] To be noted.)

299 Boccalus buffonus ait, gaudete, sodales,
 300 Non poterit nobis unquam mancare terrenus.
 301 Terrorem sileo fugientum hinc inde ferarum,
 302 Quas novitas rei ponto se tradere cogit.
 303 Hinc non parva quidem sociis exorto voluptas,
 304 Qui sbalzare vident e boschis atque cavernis
 305 Ursos ac Cervos, leopardos, mille caprettos.
 306 Inde reguardantes post se videre novam rem,
 307 Quam Philotheus eis digitum stendendo palesat.
 308 Guidonis tumulum guardant restasse dedretum,
 309 Qui supra scoium mediis fundatur in undis,
 310 Anchoreo morsu tum ficca galea remansit.
 311 Talibus in rebus mentem posuere barones.

Fracassi reperitio.

312 Altera plus grandis maraveia sed ecce venibat,
 313 Namque super navem grossam persona gigantis
 314 Apparens longe se iecerat arboris instar,
 315 Namque maris vento verus cascaverat arbor.

{T Book 18 p. 181v; Port. 2.77}

316 Velum in utraque manu brazzis tendebat apertis.
 317 Qui brazzi excusant antennam, sed velut arbor
 318 Corporis est aliud torrazzo firmius omni.³⁹
 319 Doh diavol, ait Cingar, quae cosa novella est?
 320 Prospicitis comites grandonem nonne gigantem,
 321 Qui dum vela tenet stat firmus more pilastri?
 322 Boccalus dixit, bene tristis illa taverna est,
 323 In qua cotalis destructio panis aloggiat,
 324 Ille gigas etiam mirando quod Insula currit,
 325 Vult omnino quid est talis maraveia videre.
 326 Hi mirantur eum, quod stat velut arbor, homazzum,
 327 Ille stupet quod sic volat Insula per maris undam.
 328 Denique iungentes medio se gurgite ponti

³⁸ Masticare per metaphoram sepenumero ponimus pro diligenter considerare, unde Salustius, omnia fantasticabiliter masticanda sunt. (To masticate, we put oftentimes as a metaphor for to consider diligently, whence Sallust, "all things should be fantastically masticated/ mulled over.)

³⁹ Torrazzo magna turre. ([Than] a big tower, a great tower.)

329 Ut fit quando Pavae per flumen nomine Brentam
 330 Nunc andando rates, nunc se redeundo salutant,⁴⁰
 331 Vultibus incipiunt fixis guardare vicissim
 332 Falchettusque statim laeta cum voce gridabat.
 333 O comites, guadete, precor, venit ecce Fracassus
 334 Is est qui veluti ratis arbor garbasa tendit,
 335 Ut quondam fecit sua proles ferrea Morgans.⁴¹
 336 Moschinus dictum sic firmat, quippe, daverum,
 337 Falchettus loquitur, grossam mirate columnam.
 338 O deus, in quali foza recatamur amici.
 339 Cingar eum clamat, meus o Fracasse, cifio.⁴²
 340 Qui cum Fracassus se se clamarier audit,
 341 Prestiter abiectis velis se preparat, atque
 342 Supra illam terram navi saltavit ab alta,
 343 Et calcando quasi totam submergit in aequor,
 344 Illaque retroivit navis bene quinque mearos.
 345 Contremuere omnes pro tanti pondere salti,
 346 Currere mox coepit velocius illa balena,
 347 Nam sibi smaccantur costae saltante Giganto.⁴³
 348 Illum quam citius Baldus cum Cingare brancat,
 349 Falchettus, Malaspina simul, Moschinus et altri
 350 Stringebant illum facientes mille carezzas.⁴⁴
 351 Gaudebant alii talem meruisse Gigantem,

{T Book 18 p. 182; Port. 2.78}

352 Esse bonum socium vultu monstrabat alegro.
 353 Boccalus saltu tremefactus fugerat inde,
 354 Sed rediens portat scalam, quam haerere Fracassi
 355 Vult spallis, donec sibi dicat in aure parolam.
 356 Risit amichevolam Boccali quisque novellam,⁴⁵

⁴⁰ Comparatio. Brentae fluminis Patavii. (Comparison: of the river Brenta of Padua.)

⁴¹ Morgans gigas proles Fracassi. (The giant Morgante, race of Fracassus.) Note: Is this saying that Morgante comes from Fracasso's race? -- cf. above, "Primus erat quidam Fracassus prole gigantis/Cuius stirps olim Morganto venit ab illo."

⁴² Cifio, scripsit sibilum quod scribi non potest. (Whistle, he wrote a hissing which cannot be written.)*

⁴³ Gigas, et gigantus. (Giant – two forms.)

⁴⁴ Carezza et careza diferunt, nam carezza est recoligentia,* careza est herba. (Caress and carex* are different, for caress is a re-embracing, and *carex*, reed grass is a plant.)*

357 Ac nihil alterius comportat cuncta Fracassus.
 358 Qui postquam visit, crispata fronte stupebat,
 359 Quodve suis oculis guardat, credebat apenam.
 360 Miraculum tamen hoc disponit cernere tandem.
 361 Tunc se dispoliens nudus fit corpore totus.
 362 Quod facit ut possit acampare nodando periculum.
 363 Stant alii plexi quid vellet inire Fracassus,
 364 Se quoque nudarunt trepidantes fata negandi.
 365 Ergo Fracassus habens vastas in corpore forzas,
 366 Extirpat manibus veterem de littore querzam,
 367 Traxerat et fodro longum duo brachia cultrum,
 368 Cum quo sbroccavit querzam de more stropelli,
 369 Et faciens partem, quae grossior extat aguzzam,
 370 Hanc supra littus drentum calcando ficavit,
 371 Ac si extirpasset porrum non absque cavecchio.
 372 Baldus cum sociis ridet multumque Giubertus,
 373 Miratur tantis de forzis esse Fracassum.
 374 Illa magis festina ruit properatque Balena,
 375 Namque suis costis audit quod querza ficatur.
 376 Arboribus multis est consita, maxime pinis,
 377 De quibus immensam Fracassus fortiter unam
 378 Maioremque aliis, ravanelli more cavavit,⁴⁶
 379 Quam veluti remum sfrondatis undique ramis
 380 Cum gladio format, prolixam brachia centum.
 381 Remum causatur pinus, mox quercia furcam.
 382 Tunc bene fundatis pedibus distendere schenam
 383 Incipit, et contra cursum vogare balenae.
 384 Remigat hinc tanto studio tantoque labore,
 385 Quod per nervosum corpazzum membra strepebant.
 386 Nunquam tam grandem (dixit) fecisse fadigam.
 387 Baldus id aspiciens aliis comitantibus illum

{T Book 18 p. 182v; Port. 2.79}

⁴⁵ Novella substantivaliter dicta, significat rem, et imbassiatam. (Novelty is said substantively, it means thing and dispatch.)*

⁴⁶ Ravaenllus est radix apreciata nobilium dapibus, non est diminutivum ravae, ut Donatus inquit, sed raululus diceretur, unde Godianus. Mingere vesicam raula sepe facit. (Radish is a root appreciated at nobles' banquets, it is not a diminutive of *rapa*, turnip, as Donatus says, but it may be called *raululus*, whence Godianus, "The raddish makes the bladder pee often.)*

388 Altoriare parat, sed clamat valde Fracassus,
 389 Desine, Balde, precor, totum sic ducere mundum,
 390 Dat mihi nunc animus, rogo te, mi Balde, recedas.
 391 Illico cessavit Baldus sermone Fracassi,
 392 Sed porgunt mentes pro rei cernere finem.
 393 Ille reforzabat schenam gambasque manusque,
 394 Sudat, et horribili repiassit pectore forzam.⁴⁷
 395 Nil per tres horas poterat revocare balenam,
 396 Concita namque nimis properat nescitque trigari.
 397 Tandem per forzam cursum desistere fecit,
 398 Immo repugnantem retro nodare coercet.
 399 Obstupuere omnes pariter tantumque vigorem
 400 Mirantur, tamen ille nihil vogare rafinat.
 401 Vult per despectum naturae vincere guerram.
 402 Navigat ingentesque facit, dum navigat, undas.
 403 Quando Balena suum sensit prohibere caminum,
 404 Ecce super fluctus longam grossamque corazzam
 405 Protulit, ac tales coepit vibrare coadas,⁴⁸
 406 Quod nisi succurreret grandis possanza Fracassi,
 407 Certe non poterunt nostri scampare barones.
 408 Cauda erat (ut dicunt) cubitos prolixa dosentos,
 409 Quam menat intornum tanto rumore, quod ipse
 410 Ad circum sonitus sentitur trenta mearos.
 411 Percutiebat aquas nolens furiosa redire.
 412 Tum quoque testonem vastum patefecit apertis
 413 Faucibus, ac longos dentes squamosaque colla.
 414 Nil Fracassus enim schenam distendere cessat,
 415 Sed magis impellit multo conamine remum.
 416 Hunc animat Cingar dicens, sta salde, Fracasse,
 417 Nunc Morgantino prae te fers semine natum. ss
 418 Talia dum Cingar parlat, sdegnosa Balena
 419 Tanta cum stizza caudam de retro tiravit,
 420 Quod veluti paiam sfracassat trenta cupressos,
 421 Quarum truncones volitant ad sidera viridi.
 422 Mox supra schenam percussit nempe Fracassi,
 423 Quod cantare animam sibi vasto in corpore fecit.

⁴⁷ Repiasco, frequenter repio, pro iterum rapio. (I seize again, I take up repeatedly, I snatch again.)

⁴⁸ Erat ex illo genere balenarum que caudam habent longissimam. (It was of that kind of whale that have an extremely long tail.)

{T Book 18 p. 183; Port. 2.80}

424 Sed cito deposito remo Fracassus aferrat
 425 Illam codazzam manibus striccando duabus.⁴⁹
 426 Cui tales donat streppos talesve tiradas,
 427 Quod mugire facit multasque molare corezas.
 428 Stricte tene (clamat Baldus) Fracasse valente.
 429 Quo dicto, spadam per taium fortiter urget,
 430 Ut mozzare viam posset de netto coazzam.⁵⁰
 431 Sed nil offendens in dretum spada rebalzat.
 432 Extabat duris de squammis tota coperta.
 433 Presta caput voltat nimio perculsa dolore,
 434 Obscurasque aperit multu soffiando ganassas.
 435 Et simul incutiens dentes, mordere Fracassum
 436 Praeparat, ille gravem vibrat cum pede calzum,
 437 Quod smassellavit tres dentes extra ganassas,
 438 Illa rebombando coelum mugitibus implet,
 439 Atque cruentosas spumas ex ore spudazzans
 440 Testonem volgit propter boccare Fracassum,⁵¹
 441 Namque suae caudae torturas sentit acerbis.
 442 At Centaurus erat dardum stringendo paratus
 443 Quem sfronzolantem dextrum transfixit in occhium,
 444 Usque ad cervellum penetravit puncta sagittae.
 445 Cingar, Malfattus, reliqui simul arma frequentant
 446 Extorquere procul stantes, trant saxa trabesque,
 447 Inque locis multis testam fregere cruentam.

Comparatio.

448 Assaltare Lupum vidi quandoque vilanos
 449 Quando fame ductus quaerit quem mangiet Agnellum.
 450 Circuit armentum virdos latitando per ornos,
 451 Donec, non Agnum sed quemquam dente putinum
 452 Pestifero capiat, laniet siccetve cruorem.

⁴⁹ Dicimus caudam, et per accresationem caudazzam et codazza, et coazzam. (We say big tail and for an accresciative, big old bad tail [– in three variations].)

⁵⁰ De netto, adverbium est significans absumatim et affatim. (All at once, is an adverb meaning entirely spent* and completely.) Note: *absumatim* appears to be made up.

⁵¹ Boccare, quasi bucca sorbere, alii dicunt dentegare. (To bite, almost to absorb with the mouth, others say to sink ones teeth into.)

453 Turba vilanorum, velut est sua semper usanza,⁵²
 454 Sparpagnata ruit, Coelumque sbraioribus implet,
 455 Atque nigris fumo spontonibus occupat illum.⁵³
 456 Qualem rumorem dictis factisque facescunt,
 457 Talem barones faciebant contra Balenam.

Comina.

{T Book 18 p. 183v; Port. 2.81}

458 Baldus habet voiam omnino taiare coazzam,
 459 Non cessat punctas, mandrittos atque reversos,
 460 Sed quo plus chioccat, plus mancum vulnerat ensis.
 461 Ergo viam gettat spadam, plenusque furore
 462 Se parat expectans quod maxima testa resurgat.
 463 En iterum stizzosa menat cum dentibus unum
 464 Terribilem morsum, sperans sorbere gigantem.
 465 Sed Baldus, qui nudus erat tunc corpore, saltat,
 466 Post haec orecchionem manibus se brancat ad unum.
 467 Fortiter hunc retinet, prestus Malaspina subintrat,
 468 Atque aliam sudando prius zaffavit orecchiam.⁵⁴
 469 Cui tamen altorium donat Malfattus, at illa
 470 Granditer exululat se conans mergere ponto,
 471 Cuius per forzam retinetur cauda Fracasso.
 472 Interea Cingar, Falchettus Philotheusque,
 473 Hircanus, Moschinus Boccalusque, Giubertus
 474 Terribiles colpos cum spadis undique menant.

Conclusio.

475 Sed quia velivolas procul ecce Comina galeas
 476 Discopro, ne sit dubito pyrata Lironis,⁵⁵
 477 Unde bisognus erit magnam describere zuffam,
 478 Credimus esse bonum in saccum ponere pivam.

⁵² Carpit vilanos poltrones. ([The poet snipes at wothless peasants.]

⁵³ Fumentatam sunt rusticorum tela. (Fumentatam* are rustics' weapons.)

⁵⁴ Zaffare cito prendere, hinc zaffus idest sbirus, qui sunt genus hominum poltronissimum. (To grab is to take quickly, thus a "nabber" is a cop, a kind of men who are really worthless.)

⁵⁵ Discopro, discerno extra maritimos fluctus. (I discover, I spy above the maritime waves.)*

Explicit decimamoctava phantasiae macaronice.

Book 19

Magistri Acquarii Lodolae Argumentum
in decimamnonam phantasiae mac.

1 Dum studiant comites cursum prohibere Balenae,
2 Octo cum fustis ecce Lironus adest.
3 Hippol adest etiam, Belli sit maxima strages,
4 Centaurus Naves prendit, easque vodat.
5 Dico vodat ladris Corsaribus, aequora sorbent
6 pyratas, mortem vadere nemo potest.
7 Contrastant validum Baldusque Rubinque, Lironem,
8 Dum sic bellantur morta Balena ruit.
9 Quisque sibi querit scampum, quia mergitur undis
10 Insula, sed Baldi salva caterva fuit.

{T Book 19 p. 184; Port. 2.83}

Merlini Cocaii poetae Mantuani
Macaronice decimanona.

1 Dum Baldus comitesque student occidere cetum¹
2 Ex improvise venit en pyrata Lyronus.
3 Qui postquam unam noverat amisisse galeam,
4 Decevit penitus cercare per aequora tantum,
5 Donec adiuveniat Baldum Baldique sodales,
6 De quibus ad rostum spergiurat mittere cor.²
7 Et iam per plures leucas passarat aquarum,
8 Blasfemando Deum, quoniam non invenit illos.
9 Armatas secum numero velut octo galeas,
10 Namque volens pelagi varias sulcare per oras,
11 Assaltaretur forsan corsaribus altris,

¹ Cetum contra Persianum. (*Cetum*, whale, in contrast to Persianus.)

² Carmen stranutoneon, quia per stranutum silaba vel pes ultimus deficit, sic inferius portantur nescio quo, voluit enim dicere corpus. ([Gloss on *cor*]: A sneezed verse, because on account of a sneeze a syllable or final foot is missing, as below -- I don't know for what reason these [syllables] are carried [away], in fact it stands for *corpus*.) * Note: gloss not found in 1692.

12 Maxime quod multi reges multique signores
 13 Insidias passim celabant per mare perque
 14 Flumina cum carichis multa de gente galeis,
 15 Ut captare illum possent omnino ribaldum,
 16 Namque diavol erat non lassans vivere quemquam.
 17 Huc igitur propians celerantibus octo galeis,
 18 Praecipit ad rivam navarolos flectere proras.³
 19 Sed videt ecce illam caudam testamque balenae,
 20 Quam campiones validi mozzare studebant.
 21 Miratur Baldi vires, qui fortiter unum
 22 Stringit orecchionem, retinet Malaspina sed altram
 23 Grandezsamque stupet, bustum forzamque Fracassi.
 24 Clarius id factum meliusque videre talentat,
 25 Egreditur primus, reliques exire sequaces
 26 Mandat, et in sellam balzavit Spezzacadenae,
 27 Scis lector? quondam Leonardi nempe cavalli,
 28 Quem sine speronis, tantum manegiando bachettam,
 29 Octo facit cubitos lanzum balzare per omnem.⁴
 30 Cingar ait Baldo, non cernis Spezzacadenam?
 31 Ille quidem ladro est, qui nos agressus in undis,

{T Book 19 p. 184v; Port. 2.84}

32 Nostram robavit navim nostrosque cavallos.
 33 Impatiens Baldus, nullum stimando periculum,
 34 Protinus occurit, testam linqendo balenae.
 35 Perque briam vir brancat equum, sta salde, gridavit,
 36 Iste tuus non est, meus est, desmonta, cavallus.
 37 Quando Lironus equi brenam videt esse piatam,
 38 Obstupet ad primam faciem pensando vigorem,
 39 Ac animum Baldi tam fortem tamque superbum.
 40 Attamen in coleram saltat spronatque cavallum,
 41 Quattuor ut pedibus Baldo slanzaret adossum.
 42 Sed Baldus subito se se dabanda tiravit,
 43 Atque unam supter costas laxando stocatam,

³ Navarolos licet a nave descendat, tamen primam indifferentem habet ut sedes et sedeo. (Although *navarolos*, sailors, derives from *nave*, boat, nonetheless it has the first syllable variable, as *sedes* and *sedeo*, you sit, I sit.)

⁴ Lanzum todeschi vocant compagnum, sed nos saltum, hinc lanzare dardum, e. iaculari.* (Germans call a "lanzum" a mate, but we call it a launching, thus to launch a javelin is to throw.)

44 Fecit Lirono multum mancare fiatam,
45 Defuit et pocum quin ex arzone tomaret.

Hippol frater Lironis.

46 Ter mille armati veniunt in semina sbraiantes,
47 Quos praecedebat magnus capitanius Hippol.
48 O quantum fortis, quantum proclivis ad arma,
49 Terribilis facie quando furor arripit illum,
50 Totus sed placidus sua quum natura manebat.
51 Ipse Lironis erat frater, corsarus, et artem
52 Militiae denos exercitaverat annos.
53 Ultra misuram fuit Hippol iste gaiardus,
54 Scaltritus guerrisque avidus famaеque sititor,⁵
55 Non equidem mancas Lirono fratre gaiardus,
56 Quorum iam totum cantabat fama per orbem.

Comina.

57 At quum Vinmazzus bellum videt esse comenzum,
58 It celer ad fustas, sequitur Malaspina, nec ipse
59 Tardat Malfattus, pariter qui occulte caminant,
60 Et iurant quantos pyratas esse catabunt,
61 Ad scavezzacollam omnes buttare deorsum.⁶
62 Fracassus non vult caudam laxare balenae,
63 Nam bene cognoscit, quod stuffaretur in undis.
64 Iamque Rubinus erat Baldo coniunctus apressum,
65 Ambo certabant animosum contra Lironem,

{T Book 19 p. 185; Port. 2.85}

66 Quem retrovant nimis intrepidum belloque provatum.
67 Attamen huic Baldus facit insudare camisam,
68 Namque ante et retro nunquam bussare rafinat,⁷
69 Saltat et incircum tanquam Leonissa per auras,
70 Et magnum tandem superasset forte Lironem,
71 Ast habet o quantum respectum Spezzacadenae.
72 Saepe Liro parlat tacito sub pectore secum,

⁵ Scaltritum dicimus acortum. (Cunning we say shrewd.)

⁶ Scavezzacollum praecipitose. (At break-neck speed, precipitously.)

⁷ Bussare pro percotere. (To bonk for to strike.)

73 Quis diabol hic est qui tantum fortiter obstat?
 74 Non est in mundo cavalerus durior isto.
 75 Interea armati veniunt succurrere multi,
 76 Ut smenuzzarent Baldum iuvenemque Rubinum,⁸
 77 Quos tamen in dretum fecit remeare Lironus,
 78 Nam vergogna sibi paret si stabat equester,
 79 Non posset binos solus superare pedestres.

Pedrala.

80 Cingar nempe timet, quia quisque sodalis inermis
 81 Tunc erat, et nudo certabat corpore Baldus.
 82 Consulit expertum Falchettum quid ne bisognet,
 83 Nam videt innumeros iam contra venire ladrones.
 84 Falchettus ridet dicitque morire batais
 85 Esse decus magnum, spallas voltare nec unquam.⁹
 86 Se cito quisque suis telis munire cucurrit,
 87 Hircanus dudum sfodratum traxerat ensem,
 88 Et cum Moschino se mescolat intra ladrones.¹⁰
 89 Incipit aequoreos de sanguine tingere fluctus.
 90 Nunquam Moschinus (dum certat) deserit illum.

Comina.

91 lam multus gridor morientum sidera toccat,
 92 Nam Vinmazzus erat, nec non Philotheus in illas
 93 Ingressi fustas, squarzant lacerantque budellas.
 94 Falchettus geminos dardos cito corripit, ecce
 95 lam pyratarum grandis squadronus in ipsum
 96 Impetuose ruit, gridans, mora, taia, retaia,
 97 Inter eos igitur Falchettus sicut aquosus
 98 Turbo per assiduas bladas se concite sgombrat,
 99 Gens maledetta, gridat, non gens, at lorda canaia,¹¹

{T Book 19 p. 185v; Port. 2.87}

⁸ Smenuzzare, pro boconatim incidere, unde Columella, Ocharum pavaris herbam mangiandam smenuzzare bisognat. (To mince, for to cut into bite-size pieces, whence Columella: One must mince grass to be eaten by the peacock of the geese.)*

⁹ [Manus.] Notabile. ([Pointing finger.] To be noted.)

¹⁰ Mescolat intorchiat, vel miscetur. (He mixes, twists in or mingles.)

¹¹ Bravaria Falchetti. (Falchetto's boasting.)

{T Book 19 p. 186; Port. 2.87}

100 Non ego solettus vos unum curo lupinum.
 101 Et iaculans dardum tres uno vulnere passat.
 102 Mox alium torquet, per quem duo corpora cascant.
 103 Inde pians mazzam cum qua bellare solebat,¹²
 104 Incepit spezzare elmos, spezzare corazzas,
 105 Incepit schiazzare ossos smacareque polpas.
 106 Quo plus folta videt gentem sibi flectere lanzas,
 107 Se iacit, hastarum faciens in pulvere fustos.
 108 Nemo suam spectat mazzam, vult nemo provare
 109 Falchetti bottas Orlandum quippe decentes.
 110 Illi Cingar opem donat, qui sanguinis amnem
 111 Fecerat et rubeo maderat sua storta cruore.¹³

Gosa.

112 Ast alia banda Hircanus gaiarditer ensem
 113 Sanguificat, Moschinus item stat proximus illi.
 114 Centaurus tendit pyratas mergere ponto,
 115 lamque omnes fustas ex illis nempe vodarat.
 116 Portat inhastatam semper Malaspina gianettam,
 117 Sbudellat miseros nulla pietate movestus.
 118 Boccalus quodam se tunc absconderat antro,¹⁴
 119 Nam qui non mortem scapolat, putat esse bachiocum.

Comina.

120 Dudum mirarat zuffam fortissimus Hippol.
 121 Obstupet armigeros bene tam certare guereros.
 122 Nescit enim brandum sfodro divellere nudum,
 123 Namque voluptatem sibi talis stractio prestat
 124 Morte suae gentis nil tactus semper adocchiat
 125 Terribiles bottas Falchetti Cingaris atque,

¹² Ista fuit mazza Dudonis Sancti, sicut repertum est in cronica Salvaneli. (This was the club of St. Dudo, as reported in the chronicle of Salvanelus.) Note: a Dudo of St. Quentin wrote a history of the Normans around 1015-30; reference to a club?*

¹³ Storta est genus padae, que latine dicitur samitarra. (A curved dagger is a kind of sword, that in Latin is called a scimitar.)*

¹⁴ [Manus.] Valentisia Boccali. ([Pointing finger.] Boccalo's Bravery.)*

126 Qui magnas provas faciebant corde gaiardo,
 127 Truncabant gambas, testas brazzosque manusque,
 128 Inque poco spacio fudere cadavera tanta
 129 Quod tunc bellando iam travaiantur ab illis.
 130 O, quis vidisset barbudas, atque scheneras,
 131 Faldones, nec non rutilos spezzarier elmos,
 132 Dixisset certe, nolo amplias ista videre,
 133 Nam quos credebam pietate excellere cunctos,

{T Book 19 p. 186v; Port. 2.88}

134 Impietate rigent fusoque cruore triumphant.

Mafelina.

135 Sed tardare nimis magnus se viderat Hippol.
 136 Secum parlabat dicens, non talia vidi
 137 Praelia in hoc mundo postquam disponor ad arma.
 138 Sic dicens, tanquam ventus qui quicquid acattat
 139 Sternit humo, sylvasque agitat, nemus omne fracassat,
 140 Impetuosus equum Roccafortam stringit, et ensem
 141 Targonemque ferens, Falchetti et Cingaris almas
 142 Ad Plutoninas iurat mandare masones.
 143 Cingar hoc inspecto, caveas, Falchette, gridabat,
 144 Ecce ruina venit, sta saldus, non tibi manco.
 145 Dixerat, et contra rapidum se preparat Hippol.
 146 Non tamen Hippol ei brandum porgendo riguardat,
 147 Cingaris at cerebrum tanta ferit ille ruina,
 148 Quod non discernit si nox vel giornus alhora est.
 149 Quum videt oltragium factum Falchettus amico,
 150 Mens sibi de rabia succenditur ultra misuram.
 151 Ambabus manibus sic verberat Hyppolis elmum,
 152 Quod quamvis doleat nullum fecisse danagium,¹⁵
 153 Dispietata fuit multum tamen illa nosella,
 154 Nam stordimento nimio sua testa tronavit.
 155 Nec tamen interea mazzatam induasiat altram,
 156 Maiori furia quam primo colpus arivat,
 157 Atque fracassavit summa cervice penazzum.
 158 Mox ait, attenta si nostra panada salatur,

¹⁵ Damnum, et danagium sicut panis et panada. ([Variations:] Loss and damage as bread and loaf.)*

159 Et menat assaium maiorem denique bottam,
 160 Quod fuit Hippol equi collum abrazzare coactus.
 161 Non Mongibellus plus magno incenditur igne,
 162 Quantum flammigero fit corde colericus Hippol.
 163 Sembrabant oculi cotantas nempe favillas,¹⁶
 164 Dumque furens buffat, ventus tempestaque paret.
 165 Exululando manus brandum perstringit ad ambas
 166 Fendentemque gravem tanto gaiarditer offert,
 167 Quod nisi Falchettus balzasset alhora dacantum,
 168 Is ve fefellisset colpum, fortissimus Hippol

{T Book 19 p. 187; Port. 2.89}

169 In binos illum squartasset forte mezenos.
 170 Nec tamen interea cessat dopiare feritas,
 171 Nam vix fendentem compleverat, illicet unum
 172 Ex intraverso laxat sdegnose roversum.
 173 Non valuit Falchettus eum vitare garofol,¹⁷
 174 Totum quod teritur guanzale, nec in pede saldus
 175 Perstitit, at gemines flexit tellure zenocchios,
 176 Terque reclamavit sanctam devote Mariam.
 177 Cingar eum vasto vult vendicare furore,
 178 Et supra dextrum brazzum, quo deserat ensem,
 179 Percutit, Hippol eum nihil extimat, immo revoltus
 180 Dum colpire parat, banda Falchettus ab altra
 181 Mazzatam donat, sed licto Cingare rursus
 182 Vult dare Falchetto, Cingar succurrit amico,
 183 Atque fiancalem despiccat ab Hippolis armis.

Comparatio.

184 Vidisti forsan, lector, quandoque Leonem
 185 Intra duos ursos rabido combattere morsu,
 186 Qui vix tempus habet lenae repiare quietem,¹⁸
 187 Dum sfalsare unum quaerit, mordetur ab altro?

¹⁶ Sembrabant, assimilabantur. (They resemble, they are similar to.)

¹⁷ Garofol, pro vulnere, quasi per contrarium positum est. verbi gratia, si aliquando, et cete. (Carnation, for wound, put almost as though a contrary. Examples, if at sometime or another, etcetera.)*

¹⁸ Lena, pro anhelitu polmonis. (Breathing, for the exhalation of the lungs.)

Comina.

188 Sic erat intra duos fratres fortissimus Hippol,
 189 Tanta corripitur rabia tantoque furore,
 190 Quod focus ob nimiam stizzam vampabat in elmo.
 191 Ergo dum Cingar nimium se ficcat inanzum,
 192 Dat piatonadam toto conamine talem,
 193 Non supra schenam, sed supra Cingaris aurem,
 194 Quod campanellos audivit mille sonantes,¹⁹
 195 Et vidit stellas quas non cognoverat ante.
 196 Sbalorditus humo cecidit calzasque tirare
 197 Apparet, quoniam ranae distenditur instar,
 198 Et cruor e naso, bucca, mox auribus exit.
 199 Ah, ladrone, gridat Falchettus, brutte ribalde,
 200 Bastardone, virum tam clarum nempe necasti?
 201 Sic ait et stricto manibus bastone duabus
 202 Se levat in guisam celeris saltando Leonzae,

{T Book 19 p. 187v; Port. 2.90}

203 Mox ferit ut tanta possanza desuper elmum,
 204 Quod quamvis Hippol se sub targone covertet,
 205 Targonem tamen hunc spezzatum littore mandat
 206 Unde ferae tantum mazzae tartufola pesat,
 207 Quod Roccafortae percussit vertice groppam.
 208 Ergo portatur cum brazzis Hippol apertis.
 209 At pyratarum fra tantum stolus arivat,
 210 Cingar asaltatur quibus undique septus ab illis.

Comparatio.

211 Non aliter rugit leo cazzatore feritus,
 212 Quem, postquam proprium vidit fugisse furorem
 213 Inter mastinos se ruptis laxat habenis,
 214 Sicut alhora facit Cingar tellure levatus,
 215 Postquam presentem non ultra viderat hostem,
 216 inter corsaros multa se mescolat ira.
 217 Non procul est francus Falchettus, totus abrasat,
 218 Mazzatasque orbis menat hic, menat illic et uno

¹⁹ Non quod audisset, verum sonantibus orecchis audire videbatur. (Not that he really heard but with his ears ringing he seemed to hear.)

219 Vulnere soletto polpas dischiantat et ossa.
 220 Hi duo restretti simul agmina grossa subintran,
 221 Extremas provas faciunt, dant terga ladrones
 222 Pyratae, sed retro manent sua brachia trunca.
 223 Quando resentitus videt Hippol terga sodales
 224 Vertere, dicebat, qui nam sunt hi paladini,
 225 Quos non esse viros puto, sed magis esse diablos?

Pedrala.

226 Baldus pugnabat nudatus contra Lironem,
 227 Quem nimis impavidum non conquistare valebat,
 228 Immo resistantem svenasset forte Rubinum,²⁰
 229 Ni multos Baldus colpos reparasset ad illum.
 230 Optimus Hircanus, Moschinus et ille decorus,²¹
 231 Parte alia murum de mortis fecerat altum.
 232 Continuat Centaurus aquis demergere vulgum,
 233 Dat Philotheus opem, Malaspina cruore profundum
 234 Deturpat, Malfattus ovans trabucpat in undas.
 235 Per nubes ingens hastarum fractio bombat,
 236 Perque sinum ponti vocum fragor altus eechat.²²

{T Book 19 p. 188; Port. 2.91}

237 Phoebus pertantum caruit fulgore macellum,
 238 Fiunt squarzones carnis fiuntque cruoris
 239 Flumina, de mortis hinc inde fiuntur acervi.
 240 More bechariae pulmones, viscera, trippae
 241 Atque coradellae, ventralia, milza, figati,
 242 Arboribus sponte attaccantur sanguine foedis.
 243 O crudas bottas, o vulnera digna Rinaldo,
 244 Millibus et libris o nunquam gesta canenda,
 245 Squarzatam maiam, lammas fractasque piastras²³
 246 Cernebas avibus similes volitare per auras.

²⁰ Svenatur qui ammazzatur, nam sine venis remanet. (One who is deveined is killed, for he remains without veins.)

²¹ Ille, per emphasim dictum. (That one, said for emphasis.)

²² Bombat et eechat idem sunt, nam resonatio est quae dicit Echo, hinc eecho, as. (It booms and it echoes are the same, for reverberation is what Echo says, hence, I echo, you echo.)

²³ Lammas pro laminas. ([Similar words:] Plates for thin metal sheets.)

247 Hic ferit, hic truncat, taiat iste, sed ille fracassat. echo
 248 Cingar et Hircanus, Falchettus stant simul uno
 249 Agmine, Moschinus nihil hos seguitare stopinat,
 250 Ad bassum volucres tanto pro murmure crodant,
 251 Atque strabuccantes fasso meschiantur in uno.
 252 Extra speluncas tigris, leo, cervus et ursa
 253 Balzabant visu pavidum mortemque timentes.
 254 Ex azzalinis elmis rutilare favillas
 255 Hic illic faciunt quantas nec flammiger Aetna,²⁴
 256 Nec Mongibellus mixto cum sulphure mittit.²⁵
 257 Atoniti pisces coguntur ad aequoris ima
 258 Scendere, namque cruor liquidas sibi turbidat undas.²⁶

Berta.

259 Victi pyratae iam iam calcanea monstrant.
 260 Non tamen interea laxatur cauda Fracasso,
 261 Qui clamans socios, mandat sibi linquere guerram,
 262 Et iam Vinmazzo presas intrare Galeas.
 263 Tunc omnes rati non posse tenere Gigantem
 264 Ulterius caudam Cethi, quia lubrica muzzat,
 265 Ut facit in manibus nequiens Anguilla teneri.

Comparatio.

266 Concurrunt omnes veluti concurrere suescunt
 267 Quando viri Paduam versus trans littora Brentae
 268 Andaturi, aliquam cernunt discedere barcam,
 269 In cuius poppa ter navita gridat, a Pava.²⁷

Berta.

{T Book 19 p. 188v; Port. 2.91}

²⁴ Aethna mons Siciliae. (Mount Etna in Sicily.)

²⁵ Mongibellus. (Mongibello.) Note: Mount Aetna and Mongibello are the same mountain.)

²⁶ Liquidas sibi, sed nobis turbidas. (Limpid [waves] for them but for us turbid.)*

²⁷ Adverbium gridantis, quam vocem proferunt Barcaroles, cum versus Paduam navigare volunt. ([A Pava'!:] adverb of crying out, as a phrase boatmen call out, when they wish to navigate toward Padua.)*

{T Book 19 p. 189; Port. 2.91}

270 Non exaudivit Baldus mandata Fracassi,
 271 Spernit ab impresa guerrae se tollere fortis
 272 Campio, nec mortem appreciat mercator honoris.²⁸
 273 Si fortezza valet cum dextritudine quicquam,
 274 Decrerat contra Lironem vincere pugnam.
 275 Fracassus torquet tanto conamine caudam,
 276 Quod Balena caput voluit dum vertere grossum,
 277 Hanc per colla gigas, caudam linquendo, gremivit,
 278 Mox mittendo pedes, tanquam si strangulat ocam,
 279 Quattuor in crollis testam de terгоре spiccat.²⁹
 280 Fundantur medio pigritatim littora ponto,
 281 Insula disparet quam portat spina balenae,
 282 Quisquam sub pedibus sentit mancare terenum,
 283 Dumque bisognat aquis mergi desiderat alas,*
 284 In moia quoniam se trovat habere culamen.³⁰
 285 Congrua pyratis Noe tunc Arca fuisset,
 286 Quando carestiam terrae Deus attulit orbi.
 287 Morta balena maris bassam iam calcat arenam,
 288 Corpazzumque super fundum stravaccat ineptum.
 289 Tergore fert secum boscorum mille biolcas,³¹
 290 Per quos guizzantes pisces novitate stupescunt.
 291 Saepe cachinnantes rident, pars incubat ulmis,
 292 Parsque capellutas spiccat de robore glandes.
 293 Mirantur tigres, apros cervosque negatos,
 294 Nec minus humanas traiectaue corpora formas
 295 Et carnes modo quas Baldi fecere sodales.
 296 At super innumerae testae sofiare videntur,
 297 Arma, viri tabulaeque et plurima gaza per undas.
 298 Illico saltarunt Barrones supra galeas,
 299 Ad quarum spondas cum se taccare volebant
 300 Corsari, comites spinzebant urtibus illos.

²⁸ [Manus.] ([Pointing finger.])

²⁹ Crollum est ingens et subito commotio, inde crollare pro squassare. Tipis.* Hinc scapate viri nam campanilia crollant. (A jolt is a huge and sudden agitation, so to jolt is used for to shake violently. For example: Run away from here, men, for the bell towers are crashing down.)* Note: is this tipis for typis?

³⁰ Moia non declinatur est quicquid bagnat. (Indeclinable, *moia*, in the brine, is whatever gets wet.)*

³¹ Fictio. (Simulation.)

301 Fracassus menat piscosa per aequora brazzos,
 302 Scindit aquam manibus gambasque recoltus inarcat,
 303 Inde via facta calcagnis aequora pulsat,³²
 304 Et puntando pedes, sofiando, rana videtur.

{T Book 19 p. 189v; Port. 2.93}

305 Dumque natat casu, vel sorte guidante, Bocalum
 306 Qui nil mangiarat, retrovat moriendo bibentem,
 307 Cui quasi complerat mensuram corporis unda.
 308 Protinus hunc scapolat super alto tergore missum,
 309 Non etenim vastum leve bustum corpus onustat,
 310 Nec mancum securus erat quam turba galeae.

Gosa.

311 Hippol equo fertur gaiarditer extra profundum,
 312 Sustinet aequor equum, sed equus mage sustinet Hippol.³³

Mafelina.

313 Et capiens Baldus per brazzum stricte Rubinum
 314 Dum per frena rotat Lironus Spezzacadenam,
 315 Se getat in groppam secum portando Rubinum,
 316 Ac per traversum Lironis corpora cingit,
 317 Tempore in adverso veri noscuntur Amici.³⁴
 318 Spezzacadena nodat, cuius tantummodo rictus
 319 Apparet testaeque hominum quandoque videntur.
 320 Baldus protendit dextram, fert saepe Rubinum
 321 Fluctibus in tactum, plures licet ipse tiraret
 322 Gorgadas, tamen alto animo sperabat aiuttum.

Pedrala.

323 Aequora sorbuerant rubefacta cruore negatos
 324 Forsitan ex numero pyratas mille tresentos.
 325 Cingar cum reliquis stantes in puppe galeae,
 326 Non cernunt Baldum, Giubertum, sive Rubinum.

³² Pulchra descriptio nodantis viri. (A lovely description of a man swimming.)

³³ Hippol indeclinaliter posuit. (Hippol, put indeclinably.)*

³⁴ [Manus.] ([Pointing finger.])

327 Tristantur cuncti, pensantes esse negatos.

Desperatio Cingaris.

328 Me miserum, clamat Cingar, num Baldus in undis
 329 Piscibus esca fuit? proh dii, qui celsa tenetis,
 330 Iustitia haec vestra est? tali ratione reguntur
 331 Fata hominum? non, non, stellis incago quibusque,³⁵
 332 Incago Marti, Phoebos Bachoque Iovique,
 333 Retroque Mercurium, Lunam Veneremque petezo,
 334 Et mihi rincrescit non scribere posse corezam,
 335 In vestrum quoniam despregum grande volumen
 336 Dictarem plenum de vescis atque corezis.

{T Book 19 p. 190; Port. 2.95}

337 Non Dii, sed potius vos estis nempe diabli.³⁶
 338 O sine cervello populus, qui stultus adorat
 339 Vos aut bechones ravaiosos, aut rofianos,
 340 Aut imbriagos, corruptoresque sororum.
 341 Nonne Venus meretrix fratrum? Iunoque gaioffi
 342 Nonne Iovis soror est et coniux? nonne puellas
 343 Iuppiter innumeras sforzavit? sed tamen ille
 344 Princeps cunctorum dictus fuit esse deorum.
 345 Ecce tibi ficcas facio digitisque minazzo.
 346 Cancar te mangiet, fratres matremque patremque.
 347 Implestis mundum variis erroribus omnem,
 348 Atque dei magni sanctum rapuistis honorem.
 349 Dic mihi, merdipotens o Iuppiter, ut quid ab omni
 350 Gentilium vulgu totius factor Olympi
 351 Esse putabaris, cum sit quod adulter, iniquus,
 352 Quod stuprator eras castarum boia sororum?
 353 Taiasti patri genitivas, pessime, ballas,
 354 Ut tibi germanum faceret non amplius ullum,³⁷
 355 Stuprastique tuam post haec, manigolde, sorellam.³⁸

³⁵ Non, non geminatum desperantis est. ("No, no" coupled together is from a desperate person.)*

³⁶ Invehitur contra planetas, qui disponunt mortalibus officia. ([Cingar] rails against the planets that assign duties to mortals.)*

³⁷ Saturnus. (Saturn.)

³⁸ Iuno. (Juno.)

356 Sforzasti Alcmenam, quando nox una trigiornos³⁹
 357 Perfecit, grandem propter fabricare gigantem,
 358 Qui sustentaret te regem totius orbis,⁴⁰
 359 Qui stans in cunis infans occideret angues,
 360 Qui Nemeae vasta premeret virtute Leonem,
 361 Qui quoque dentigerum cum mazza sterneret aprum,
 362 Qui cervam doras cornas mutilaret habentem,
 363 Qui stymphalicas arcu saetaret osellas,⁴¹
 364 Qui descornaret longo certamine taurum,
 365 Qui posset ladrum vaccarum caedere Cacum,⁴²
 366 Qui quoque Gerionem superaret fulgure natum,
 367 Qui vel Centauros deleret semicavallos,
 368 Quive daret saturum Busirim sanguine morti,⁴³
 369 Qui despomaret sylvam custode Dragono,⁴⁴
 370 Qui tereret nostra pascentem carne cavallos,
 371 Qui triplitesticanum traheret de Acheronte cagnazzum,⁴⁵
 372 Qui procul Antaeum suspensum matre fogaret,⁴⁶

{T Book 19 p. 190v; Port. 2.96}

373 Qui septicapitam luctans extingueret Hydram,
 374 Qui de tartareis Alcestem velleret umbris,⁴⁷
 375 Qui tandem ferret constanti vertice mundum.
 376 Attamen hunc solo stravit muliercula sguardo,
 377 Ac in guarnello fecit filare gazanum.
 378 Tu quascunque tuis oculis, gaioffe, placerent
 379 Seu consanguineas, seu non, sine iure puellas

³⁹ Alcmena. (Alcmena.) Note: Mother of Hercules; his many labors follow.

⁴⁰ Hercules. (Hercules.)

⁴¹ Saettare trisillabum est. (*Saettare*, to shoot an arrow, is trisyllabic.)

⁴² Caus. (Cacus.) Note: Cacus was the fire-breathing monster who stole cattle from Hercules and was then killed by him.

⁴³ Busiris. (Busiris/ Bousiris.) Note: Busiris was a corrupt Egyptian king who attempted to sacrifice Hercules and was then killed by him.

⁴⁴ Diomedes. (Diomedes.) Note: powerful Greek, King of Thrace, who feeds visitors to his horses, but Hercules turns the stables on him.

⁴⁵ Triplitesticanum, habentes tres testas canis. (Three-headed-dog, a dog having three heads.)

⁴⁶ Antaeus. (Antaeus.) Note: Giant antagonist of Hercules.

⁴⁷ Alcestes. (Alcestis.) Note: Alcestes was a princess who sacrificed herself for her husband Admetus, and was brought back from Hades by Hercules.

380 Turpabas, faciens asinaliter omnia secum.
 381 Ergo de coelo tibi possis rumpere collum,
 382 Postquam sic nobis crudelia fata ministras.
 383 Aetheris ignitas devolvat machina flammam,
 384 Et sint de nigro montagnae sulphure factae.
 385 Et nubes oleo gravidae solvantur ab Austro,
 386 Pegola sit pelagus, sit quaelibet insula charta,
 387 Sint nemora et sylvae resinaque caeraque pixque.
 388 Ardeat hinc coelum, tellus, mare gensque deique,
 389 Postquam virtutum splendor, mi Balde, negaris,
 390 Postquam de mundo te turpiter astra tulerunt.

Bravaria Fracassi.

391 Fracassus guardans coelum bravegiando minazzat,
 392 Iuro per hunc sacrum, quod porto in fronte batesmum
 393 Perque illum ventrem qui me sborravit ad orbem,
 394 Tantum cercabo per montes, saxa, cavernas,
 395 Per sylvas, boscos, per valles, flumina, terras,
 396 Mox diavolorum per tecta, per antra, per amnes,
 397 Et si convenient, per celsa palatia coeli,
 398 Donec vel vivum, vel mortum tempore longo
 399 Inveniam Baldum, cum quo seu vivere semper
 400 In coelum statuo, vel sub stygialibus umbris.
 401 Sed prius arripiam Plutonis regna maligni,
 402 Cuius de testa pavidam streppabo coronam,
 403 Subque meo stabit sceptro diabolica proles.
 404 Mox ait, o comites, animum deponite moestum,
 405 Ut vindicemus Baldum, tantumodo restat,
 406 Me seguitate precor, miranda videbitis Orci.

Pedrala.

{T Book 19 p. 191; Port. 2.97}

407 Dixerat, et comites super unam scandere fustam
 408 Iussit, et arbitrio reliquas maris ultro relinquunt.
 409 Non procul est margo terrae, iam littora tangunt
 410 Egressique undas finaliter, aequora longis
 411 Travarcant oculis si possent cernere quemquam.
 412 Nemo comparet, quia Baldus longius errat.
 413 Fracassus rapto carpit bastone viazum,

414 Praeviat et spummas effundit ab ore caninas.*
 415 Hircanus sequitur, licet alto pectore doiam
 416 Sentiatur, et Baldi crudelia fata biasmet.
 417 Malfattus comitesque alii post terga Fracassi
 418 Non sine ploratu celeres vestigia flectunt.
 419 Cingar quantillum vult retro manere, quod aequor
 420 Corpora littoribus fortassis morta butabit.
 421 Centaurusque stetit comitatu Cingarum atque
 422 Falchettus, reliqui (sic Cingar supplicat illis)
 423 Agmine discedunt facto sociantque gigantem.
 424 Quisque suam vitam non binas stimat ofellas.⁴⁸
 425 In qua parte via est magis aspera, tenditur illuc.
 426 Nil curant spinas, nil curant saxa, ladrones,
 427 Nil tempestates, pluvias, nil frigora, caldum,
 428 Nil tigres, apros, nil serpas et basiliscos,
 429 Omnibus his, quae saepe catant, gaiarditer obstant.⁴⁹
 430 Si retrovant mangiant, si non, patientia dicunt.
 431 Non locus in mundo plus est sylvaticus isto,
 432 Ad grandis tandem radices mentis arivant,
 433 Quem vix tam rattum possent varcare camozzae.⁵⁰
 434 Succedunt ingens scopulis pendentibus antrum,
 435 Non magis ora lupi sunt haec tenebrosica specu.
 436 Cum pede cercat iter vadens Philotheus inantum,
 437 Instruit ac socios qua debent figere passum.
 438 Est opus ut gobbo Fracassus tergore vadat,
 439 Namque gigas plures donat per saxa zucadas.

Comina.

440 Sed nil musicolum recitamus nempe Giubertum,⁵¹
 441 Quomodo scamparit pelagum cascante balena.

{T Book 19 p. 191v; Port. 2.97}

{T Book 19 p. 192; Port. 2.97}

⁴⁸ Ofella, genus pulmenti Mediolani repertum. (Offel, a type of savory dish found in Milano.)

⁴⁹ Breviter sine Baldo operae subiecto, poeta transit. (In a short time, without Baldo included in the work, the poet moves on.)*

⁵⁰ Camozza, animal velocissimum. (Chamois, extremely fast animal.)

⁵¹ Musicolum, musicam colentem. (Music-lover, one cherishing music.)

442 Nam cum Serraffus manchari sub pede sensit,
 443 Tellurem, noscens incantamenta ribaldae
 444 Diruta Muslinae, piscem quae sola tenebat,
 445 Protinus in sicca navem signavit arena,
 446 In qua suscipiens Giubertum, nubila scandit,
 447 Octoque cum remis spatiosa aequora vogat.
 448 Post longos coeli tractus, post mille mearos,
 449 Octo diabolicas mandat descendere Nautas,
 450 Nec mora, ficta ratis vallem se callat in atram,
 451 Per quam nulla hominum penitus persona videtur.
 452 Boscus ibi longis horrebat Quercubus atrum,
 453 Atque capillatas mittebat in aethera Pinus,
 454 Fraxinus hic Colubris contraria multa virescit.
 455 Intus glandiferis sub frondibus ecce Cavernam
 456 Prospicit horrentem Giubertus, protinus adstat,
 457 Namque subintrantem Serraffum tegmina Grottae
 458 Sic improvisas timuit seguitare parumper.
 459 Serraffus placido vultu se girat ad illum,
 460 Cignat et ut seguitet nulla formidine motus.
 461 Giubertus paret tacitus, nil cernitur intus.
 462 Providus ignivomam Serraffus semper habebat
 463 In tascas silicem, lescas, azzale, stopinos.
 464 Ergo repercutiens lapidem sub verberere ferri,
 465 Scintillare facit, brancatque favilla stopinum.
 466 Cerea pizzatur dans late torcia lumen,
 467 Cuius ob ardorem quo tendant cernere possunt.
 468 De quibus ulterius nil parlo, namque cerebrum
 469 Perdere me faceret fantasticatio tanta.

Explicit decimanona Phantasiae Macaronicae.

Book 20

{T Book 20 p. 192v; Port. 2.99}

Magistri Acquarii Argumentum in
 Vigessimam phantasiae Macaronicen.

1 Exit aquam Baldus, Lirono factus amicus,
 2 Hippol amicitiam gaudet habere suam.
 3 Transcendunt Libiam simul, et nigra per antra caminant,

4 Ac ibi compagnos repperiere suos.
 5 Occidunt fabrum Mafelinum, postea certant
 6 Contra Nocentinam, cunctigenasque feras.
 7 Se confessantur Merlino, finibus armis,
 8 Induti pars it Tartara, parsque manet.

Merlini Cocaii poetae Mantuani
 Macaronice phantasiae Vigesima.

1 Ibat arenosam Cingar pressando spiaggiam,
 2 Quid faciat mundo sine Baldo cogitat intus.
 3 Dulcis Falchetti vetat hunc praesentia tantum
 4 Nam sibi medemo cazzasset in inguina stoccum.
 5 At pater omnipotens, animo cui semper inhaesit¹
 6 Cedere longaeuam, sapiant quo denique, vitam
 7 Gentibus infandis, hominem respexit iniquum
 8 Fronte serenato qua temperat omnia sensu.
 9 Tradere stat menti viciis obliviam tandem
 10 Cingar, et finem tantis imponere furtis,
 11 Ut paradisiaca sit dignus ab arce teneri,
 12 Is igitur Baldum (potuit nec cernere Baldum)
 13 Vidit abrazantem Lironem, quique Rubinum
 14 Fluctibus intactum servat durante lacerto.²
 15 Spezzacadena quidem triplici sperone stigatur,³
 16 Baldi calcagnis et acuto calce Lironis,
 17 Et quod plus animum vexat, formidine mortis.
 18 Cingar id aspiciens, novit clamatque sodales,
 19 Centaurus subito se gettat in aequoris undas,
 20 Falchettus sequitur, Baldumque iuvare natabant.

{T Book 20 p. 193; Port. 2.100}

21 Baldus amicitiae pignus Liroque ferirant,
 22 Hostes namque facit fratres commune periculum.
 23 Baldus ut adiunxit Centaurus, prhende, gridavit,
 24 Prende adolescentem, moriat ne forte Rubinum.
 25 Illico Centaurus prendit voltatque groperas,
 26 Quas super attraxit Baldum, dedit inde Rubinum

¹ [Manus.] ([Pointing finger.])

² Cernebat, sed non discernebat. (He saw but he did not discern.)*

³ Tres sperones. (Three spurs.)

27 Falchetto sanum quem pars mastina ferebat.
 28 Prospicit haec Cingar, sentitque per ossa medullas
 29 Descollare suas, veluti nix solis ad ignem,
 30 Tantam dolzuram gustabat mens sua, quod non
 31 In brentam mellis voluisset habere culamen.⁴

Gosa.

32 Denique venerunt omnes ad littus arenae,
 33 Fit novus hic gustus basorum, fit nova danza,
 34 Quisque carezzatur, facitur bona chiera Lirono,
 35 Qui statuit Baldum partes seguitare per omnes,
 36 Spezzacadena nimis straccatus littore possat,
 37 Languiduloque iacens terrae movet ilia flatu.
 38 Non procul Hippol adest, qui sospes ab aequore lapsus
 39 Desmontarat equum, recubansque premebat arenam,
 40 Norat enim Liro fratrem, praecedit, et illum
 41 Admonet ut sortis velit incagare flagello,⁵
 42 Seque valenthomini compagnum tradere Baldo.
 43 Sum contentus, ait, faciam quaecunque comandas.
 44 Dixit, et ad Baldum brazzis currebat apertis,
 45 Baldus amorevolo vultu cito suscipit illum,
 46 Germanosque duos laetatur habere sodales,
 47 Pro quorum forcis omnem nihil extimat orbem.
 48 Attamen, heu, taedet non cernere posse Giubertum,
 49 Omnes indicium faciunt hunc esse negatum.
 50 In Roccafortae Baldus se arzone piantat,
 51 Lironusque suum non lassat Spezzacadenam,
 52 Nobilis exultat Pardum manegiare Rubinus,
 53 Hippol Centauri partem montavit equinam.

Cingaris facetia.

54 Cingar nil curans stafferi more pedestrat,

{T Book 20 p. 193v; Port. 2.101}

{T Book 20 p. 194; Port. 2.101}

⁴ Proverbium Salvanelli. (A saying of Salvanellus.)

⁵ Incagare, despregare. (To not give a crap about, to scorn.)

55 Donec Agasonem binos qui menat Asellos
 56 Vidit, et ola gridans, fecit restare bonhomum.
 57 Ut prope Cingar adest, quo vadis, rustice? parlat
 58 Cui respondet homo, bala glachiz foc lea gozca.⁶
 59 Quid diavol ais? fert Cingar, siste caminum,
 60 Quo sine me vadis? sta, dico, smonta, vilane,
 61 Nam velut in legem nostram praecepta comandant,
 62 Quisquis habet tunicas binas dare convenit unam,
 63 Sic quis habet binos asinos dare convenit unum.
 64 Rusticus exululat, purat smontare giumentam,⁷
 65 Non inthesus ait, bla bla cocozina laocriz.⁸
 66 Sic dicens collum brazzis stringebat Aselli.
 67 Compagnia capit tali solacia factu.
 68 Cingar supra alium subitus sbalzavit Asellum,
 69 Et monosinatum retro liquere vilanum.⁹
 70 Non tunc Romanam voluisset habere chinaeam
 71 Cingar, et auritas quas mittit zena Mulettas.
 72 Is portantino passu trampinat Asellus,¹⁰
 73 Parens foiadas pedibus taiare minutim.
 74 Tichi tich et tichi toch resonat per mille lapillos.
 75 Ponitur in fallum pes numquam parvulus, et non
 76 Pontigero suffert costas sperone tocari.
 77 Nam subito calcem laxat pariterque corezam,
 78 Miraculum, si Asinus calcem traret absque coreza.¹¹
 79 Ergo inter comites orta est non poca voluptas,
 80 Dum spronat Cingar, mollat celer ille fiancum,
 81 Et caput in gambas ficcans de retro levatur
 82 Unde bisognabat Cingar tommare deorsum,
 83 Atque super littus maiores prendere bottas,
 84 Quam si de sella cascasset Spezzacadenae.

Cosmographia.

85 Talibus in festis compagni tempora passant,

⁶ Lingua calmaca, quae interpretatur vade nec meum praepedias iter. (The Calmacan* language, which interpreted as, “Go away, and don’t block my path.”)

⁷ Purat, pigritat. (Delays, is slow to do.)*

⁸ Sta, sta praedator viatorum. (“Wait, wait, he’s a robber of travelers!”)*

⁹ Monosinatum, cum uno Asino. (One-assed, with one ass.)

¹⁰ Trampinare, camminare. (To step, to walk.)*

¹¹ [Manus.] ([Pointing finger.])

86 Donec ad flumen Rabicas venire profundum,
 87 Quod fluit e vastis montagnis nomine Zammis,
 88 Ad mare praecipitans per arabica climata russum.¹²
 89 Mirigeros colles ascendunt calmas et almas,

{T Book 20 p. 194v; Port. 2.102}

90 Transactisque istis calcant regnamina Sabbar,
 91 Donec arivarunt ad Persi littora ponti,
 92 Varcarunt flumen Pion, patet Indica tellus,
 93 Ad dextram linqunt Arbum, quod flumen inundat
 94 Contradas Arabum, tres montes inde trapassant,
 95 Quorum praecipuus Calabstras altius extat.
 96 Non intrant strictum Tubrii, quem perfluit Indum
 97 Aequor, et ille duos centum per stricta mearos
 98 Littora durat, atque donec facit aequora rossae,
 99 Quae Babilonis agros et regna Aegiptia guazzant.
 100 Baldus habet voiam Tubrii transcendere golfum,
 101 Quo tam famosum possit Babilona videre,
 102 Maxime quem quondam proles Nembrotta Torazzum
 103 Fecerat, ut coelum aquistaret, tempore vecchio.
 104 Cingar ait, non sic quaeremus Balde Fracassum,
 105 Qui versus Libiae partes Africaeque caminat.
 106 Cingaris eloquium laudant Libiamque subintran,
 107 Aspera post humeros deponunt arva ranocchiae,
 108 Discopruntque lacum Merriddae stagnaque Giblich,
 109 Conscendunt culmen Gramii lassantque Moream,
 110 Pastores varios retrovant, Armenta Gregemque,
 111 Tu pensare potes si ventrem pascere nolunt.
 112 Mox in desertum per giornos quinque cavalcant,
 113 In quo valiis aquae mortae foetebat, et angues,
 114 Apides, colubres generat tumidosque dragones.
 115 Ista travarcatur spadarum tellus aiutto.
 116 Denique scandentes montem, distenditur ecce
 117 Planicies Libici pelagi, tunc Cingar amicis
 118 Extendens digitum borealia climata monstrat.
 119 Illac, dicebat, illac Europa galanta est,
 120 Illac Italiae paradisus, Grecia, Spagna,
 121 Illac Siciliae tellus quam circuit aequor,

¹² Arabbica, interposuit b auctoritate sua. (“Arabbic” – he interposes a “b” on his own authority.)

122 Illac Alemagnae, tum Franciae littora sedent,
 123 Illac Sardegnae partes, et Corsica tellus,
 124 Haec inter Zephyrum Boreamque Europa repossat,
 125 Vera Dei cultrix, et Cristi legis amatrix.

{T Book 20 p. 195; Port. 2.103}

126 Hoc mare, quod vobis ostendo, dividit Afros
 127 Gentibus Europae, quamvis Europa paranda
 128 Grandezza non est Aphricae, ter Aphricha maior,
 129 Sed piperis granum plus est quam stronzus aselli.¹³
 130 Sic dicens callant in vallem, postea silvas
 131 Per medias passant, animalia multa trucidant,
 132 Montagnam tandem retrovant, quae culmen acutum
 133 Ficcat in aethereas nubes, et scissa patebat,
 134 Illic horrendam procul inspexere cavernam,
 135 Namque erat obscuris montagna busata latebris.
 136 Falchettus novit vestigia facta Fracasso,
 137 Terribiles quoniam monstrabat arena pedattas.
 138 Omnes gaudentes statuunt seguitare Fracassum,
 139 Baldus smontat equum pariter Lironus, at ipse
 140 Mansit equester enim, Baldo mandante, Rubinus,
 141 Cingar asinaster reliquis derderior, inquit,¹⁴
 142 Qui stat retro seret portam, proverbia dicunt.

Berta.

143 Ibant ut faciunt orbi tentando caminum.
 144 Nil mirum si dant saxis quandoque zucadas,
 145 Ac per inaequales petras cum schinchibus urtant,
 146 Nam pes, quo guidat corpus, sine lumine nescit.
 147 Quapropter rident, animo portantur alegro.

De Musica.

148 Quattuor in voces post hace cantare comenzant.
 149 Arripit ut gracili sopranum voce Rubinus,¹⁵

¹³ [Manus.] Notandum. ([Pointing finger.] To be noted.)

¹⁴ Asinaster, cavalcans Asinum. Derdens bergamascis ponitur pro ultimo, hinc derderior. (A donkey-rider is a person riding an ass. Behind, is used by Bergamasques for final, thus “derderior” is more behind.)*

150 Falchetti firmum suscepit bocca tenorem,¹⁶
 151 Gorga tridans notulas prorumpit Cingaris altum,¹⁷
 152 Trat contrabassum extra calcanea Baldus.¹⁸
 153 Quattuor hi varios pergunt cantando sonettos.
 154 Gorgula francesi frifolat magis alta Rubini,¹⁹
 155 Deque ci sol fa ut modulando surgit ad Ela,
 156 Semicromas minimasque canit pausatque pochettum,
 157 Falchettus notulas, iustato pectore squadrat.
 158 Sustinet armonicam relevata voce Camaenam,
 159 Interea pausas expectat quattuor et sex,

{T Book 20 p. 195v; Port. 2.104}

160 Dumque tacet, resonat ternis frifolatio gorgis.
 161 Non minus aure canit Cingar quam voce galantus,
 162 Nunc usque ad coelum sgorgada surgit in una,
 163 Nunc contrabassi voces descendit ad imas,
 164 Et secum terzam falso bordone sonoratur.
 165 Educit Baldus tremulo de gutture voces,
 166 Et fundans, simulat cannam velut organa grossam,
 167 Policis extenua nodos trapassat in ut re.
 168 Plus auscultantum sopranus captat orecchias,
 169 Sed tenor est vocum rector vel guida tonorum.
 170 Altus Apollineum carmen depingit, et ornat,
 171 Bassus alit voces, ingrassat, firmat, et auget.

Parenthesis.

172 Cantus italicos, franceses atque spagnolos
 173 Cantabant, nam sic facientes tempora passant.
 174 Sunt tamen insani quidam, vel corde ferini,
 175 Haud homines etenim, sed eos apello boazzos,
 176 Invidia morsi praesummunt carpere divam
 177 Musicen, angelici recolit quam turma Theatri.
 178 Dicunt ballordi quod Musica tempora perdit,

¹⁵ Sopranus. (Soprano)

¹⁶ Tenor. (Tenor.)

¹⁷ Altus. (Alto)

¹⁸ Bassus. (Bass.)

¹⁹ Gorgula, gulula. Ci sol fa ut, est clavis musices.* (Throat, gullet. Do re mi, is a musical key.)*

179 Plusque tyranniam preciant, quam voce simulque
 180 Corde Creatorem nostrum laudare canendo.
 181 Est insanus homo dignus bastone repelli
 182 Ut canis aut asinus, poltronus, bestia, panem
 183 Qui frustra comedit, magis est, mihi credite, stercus,
 184 Cuius non capiat liquefactum musica pectus.
 185 Musica continuo versatur in ore deorum,
 186 Musica circumfert concordi cardine coelos,
 187 Musica stante Deo nostros compaginat artus.
 188 Cur antiphonas vel psalmos, cantica nostri
 189 Composuere patres? cur diva Ecclesia libros
 190 Continet inscriptos responsis, versibus, hymnis,
 191 Kyrie ley sonis, Introitibus ac Aleluis?
 192 Ite genus pecudum, Pacchiones, ite canaia,²⁰
 193 Vos quicunque putri laceratis Musicen ore.

Prophetia.

{T Book 20 p. 196; Port. 2.105}

194 O ventura bonis felicia secla diebus,
 195 Florida monstrabit cum musica sacra Leonis²¹
 196 Sub spe Pontificis quantum sit grata Tonanti.
 197 Nascere Phoebei decus o losquine senatus,²²
 198 Nascere qui primos in hac arte merebis honores,
 199 O felix Bido, Carpentras, Silvaque, Broier,
 200 Vosque Leoninae cantorum squadra capellae,
 201 losquini quoniam cantus frifolabitis illos,
 202 Quos Deus auscultans coelum monstrabit apertum.
 203 Missa super voces Musarum, lassaque far mi,²³
 204 Missa super sextum, Fortunam, missaque Musquae,
 205 Missaque de Domina, sine nomine, Duxque Ferarae.
 206 Partibus in senis cantabitur illa Beata,
 207 Huc me sidereo, se conge, Preter, et illud
 208 Compositum Miserere Duca rogitante Ferarae.
 209 Nascere, Phoebeae laus ergo prima cohortis,
 210 O losquine, Deo gratissime, nascere mundo

²⁰ Pacchiones, mandones. (Gluttons, big-eaters.)*

²¹ Leo papa. (Pope Leo.)

²² losquinus. (Josquin.)

²³ Nomina cantuum. (Names of songs.)

211 Compositum diu, quem clamet Musica patrem,
 212 Magnus adorabit tua tunc vestigia Brumel,
 213 Iannus Motonus, Petrus de Robore, Festa
 214 Constans, Iosquinius qui saepe putabitur esse.
 215 Tuque, pater Franchine, novas componere normas
 216 Incipe, et antiquas remove squallore sepultas.

Mafelina.

217 Cessarant comites musam, nam Cingar as[i]nus
 218 In medio cantu coepit ragiare canendo,
 219 Nam voluit monstrare, Deum quod spiritus omnis²⁴
 220 Laudat, quisque suam vocem tenet esse miorem.
 221 Ne tamen haec frangat sociis ragiatio testam,
 222 Colligat ad caudam giaronem Cingar aselli.
 223 Donec eam tulerit petram, non rudit asellus.
 224 Interea dirum strepitum sentire comenzant.
 225 Auditis? Falchettus ait, tunc quisque tacendo
 226 Restitit, ac longis sonitum capit auribus illum.
 227 Cingar ait, seguita quo te Falchette caminus
 228 Drizzat, et invenies quaenam sit causa streporis.²⁵

{T Book 20 p. 196v; Port. 2.107}

229 Falchettus paret, tastando pericula semper,
 230 Et quem Cingar ait curat seguitare viazzum,
 231 Nam quandoque vias reperit velut ypsilon esse.
 232 Quo magis apropiant, sonitus magis ille rebombat,
 233 Et iam vix alter parlans auditur ab altro,
 234 Namque rebombatus surdas offuscat orecchias,
 235 Horrescunt omnes, quamvis sint corde gaiardo,
 236 Devenisse putant certe Plutonis ad arva.

Pedrala.

237 Non procul antemeant alii duo tracta balestrae,
 238 Scilicet ut reliquis sociis insemma Fracassus.
 239 Qui testam ruptam banda portabat ab omni,

²⁴ Sincopa.* (Sincopation.)* Note: refers to the abbreviated form of *omnis*, or of *asnus*, above?

²⁵ Strepur, et strepitus. (Loud sound [two forms].)

240 Est mala grandilitas praeter se pascere ficis.
 241 En sentit post se iam calpistrare cavallos,
 242 Quid sit hoc ignorat, gridat, O, restate, sodales,
 243 Audio cum ferris contundere saxa cavallos.
 244 Vociferabatur toto conamine Cingar,
 245 O, O, Fracasse, O, O, Hircane, O, O, Malaspina.
 246 Malfattus laetus dixit, vox Cingarum illa est,
 247 Expectemus eum, tunc omnes firmiter extant.
 248 En cito venerunt, nec se discernere possunt.
 249 Fracassus voluit cum brazis stringere Baldum,
 250 Sed tulit in saxo magnum cum fronte garofol.
 251 Tum quoque Boccalus Baldum toccare volebat,
 252 Sed quasi cum digito palpante cavavit ocellum.
 253 Cingar ait, properate ultra, videamus abissum.
 254 Rursum Falchettus praecedit guida caminum,
 255 Denique per quandam fissuram splendulus ignis
 256 Apparet, modicoque viam dat lumine claram.
 257 Huc Baldus celerans alios restare comandat,
 258 Elevat hinc oculos, quantum lux parvula monstrat,
 259 Ecce videt portam, quae tota est facta metallo,
 260 Inque caput portae stetit hoc epigramma notatum,

Distichon.

261 Haec est, Vulcano quondam fabricata, fosina,
 262 Quam mihi donavit Mafelino Culfora fabro.²⁶

{T Book 20 p. 197; Port. 2.108}

Pedrala

263 Hoc lecto socios cum dextra cignat adire,
 264 Ad quos tale brevum digito monstrante palesat.
 265 Quisque legit, placet ire intus, Fracassus in illam
 266 Ter pede chiocavit portam, sed tanta ruina
 267 Est martellantum, quod nil sentitur ab intro.
 268 Impatiens Fracassus eam bis tergore crollat,
 269 Quam cadenzis spezzatis fecit apertam.

²⁶ Culfora ista erat maxima incantatrix, quae se adorare faciebat, et alium mundum sub terra fabriacaverat. (This Culfora was a great enchantress, who made herself adored, and had built another world beneath the earth.)

270 Conticuere omnes martelli ferra domantes,
 271 Nec sonat ulterius tich toch incudo sub illis.
 272 Sunt ibi ferrari centum, sed mille gaioffi
 273 Tergore carbones gestant aut mantice stigant.
 274 In pede surrexit quidam grassazzus inersque
 275 Ac inflatus homo, nec homo sed butta vocandus.
 276 Is Mafelinus erat, dominus primusque boteghae.²⁷
 277 Introit en Baldus coetu seguitante bravosus,
 278 Ut stanzas intrant soldati tempore guerrae.²⁸
 279 Cui Mafelinus ait, nimis, o compagne, superbis,
 280 Presummiisque meam sic sic intrare botegam.
 281 Baldus respondet, festina, trade probatam
 282 Armaturam aliquam, quia nos comprabimus illam.
 283 Sic dicendo rugans buttat sotosora fosinam.²⁹
 284 Ast iterum fabri nudato corpore menant
 285 Martellos supra candentia ferra chiocantes,
 286 Et rutilas faciunt passim radiare favillas.
 287 Pars cum manticibus, pars cum carbone fogato
 288 Abrasant Calibum [sic] venti sofiamine ferrum.
 289 Pars limat Galeas cristatas atque Celatas,
 290 Intexitque simul pars inchiodando piastras.
 291 Hi fabricant ferros pro ramponare cavallos,
 292 Hi bruniunt fibias, staffas spronesque, Moraiais.
 293 Dumque laboratur Mafelinus praesidet illis,
 294 Dat quibus interdum multas bastone deratas.
 295 Sunt omnes nigri, ruginosi, malpetenati,
 296 Nec Mafelinus eis lassat mancare Bocalum,
 297 Nam male ferrari martellant absque Bocalo.

{T Book 20 p. 197v; Port. 2.109}

{T Book 20 p. 198; Port. 2.109}

298 Dum res sic agitur vaduntque stupendo sodales,
 299 Ecce suum Baldus sentit nitrare cavallum,
 300 Lironusque suum quos nunc de fora ligarant.
 301 Cingaris ast asinus bis septem protulit "a, a."³⁰

²⁷ Mafelinus. (Mafelino.) Note: in C and V, he is called Baffellus.

²⁸ Comparatio. (Comparison.)

²⁹ Rugans quaerens diligenter. (Searching, seeking attentively.)

302 Quid sit hoc ignorant, causam per noscere currunt.
 303 Spezzacadena magis nitrit raspatque terenum,
 304 Roccaforta minax rugitibus antra lacessit,
 305 Calcibus et duris Pardus nigra saxa retridat.
 306 Vult saltare foras Baldus denantior altris,
 307 Sed pede vix posito super aerea limina portae,
 308 Maximus hunc spingit ventus drentumque rebalzat
 309 Obstupuere omnes, iterum vult bravus apertas
 310 Transvarcare fores, at ventus fortior urtat,
 311 Quem simul et socios alios sotosora butavit.
 312 Ter sic tentavit, ter sic indreto tomavit.

Comina.

313 Mafelinus ait, grandis disgratia vestra est,
 314 O sfortunati, vos nempe morire bisognat.
 315 Sic, sic ausi estis secreta subire Deorum?
 316 Nec formidastis grottas intrare per istas?
 317 Non hic mortales fas est calcare pedattas,
 318 Ni Dea passagium concedat Culfora vobis.
 319 Fracassus dixit, qui Dii? quae Culfora? quod fas?
 320 Est Deus in coelo, quo splendor luxque nitescit.
 321 Namque Deus lux est, sed vos reor esse Diablos,
 322 Per tenebras quoniam sub terra stare Diablos
 323 Vult Deus, ac illi sanctum usurpatis honorem.
 324 Iuro quidem, quod non discedam partibus istis,
 325 Quod retrovabo viam per quam descenditur orco,
 326 Luciferumque tuum patrem fratresque diablos
 327 Discornare volo.
 328 Da, poltrone, meis compagnis arma, quid hirquis
 329 Me spectas oculis? da nobis prestiter arma.
 330 Et sic dicendo calcem menavit ad illum,
 331 Quem smagazzavit tortelli more tenelli,
 332 Merdaque corporeis de cunctis partibus exit,

{T Book 20 p. 198v; Port. 2.110}

333 Ast alius terrere putans cum zanzibus illos,

³⁰ Quatuordecim pontadis Asinus cantat, Valla quintadecimam iungit. (The ass sings in fourteen notes, Valla added a fifteenth.)* Note: Most likely refers to Giorgio Valla (1447-99) who published works on music; the double octave has fifteen notes.

334 Presto, inquit, famuli, quid statis? prendite tela,
 335 Audaces homines scazzabimus extra botegam.
 336 Egredere o tristis nostram poltrone fosinam,
 337 Ac ea dum parlat martellum corripit unum,
 338 Et martelladam dat Baldi supra cerebrum,
 339 Cumque omnes fabri coeptam videre baruffam,
 340 Expediunt subito martellos atque tenaias,
 341 Ardentes lammas, lastras ferrumque fogatum,
 342 Cum quibus assaltant multo sbraiore barones.
 343 Baldus ridebat, nec sfodro ducere spadam
 344 Dignatur, quamvis nespól tentaverat unum.
 345 Sed primus Boccalus eos festinus asaltat,
 346 Namque diu nuper nudos miraverat illos.
 347 Iam Philotheus erat banda stipatus ab omni,
 348 Sed cum martello sfiacabat terga, galones,
 349 Hircanus vadit multas filzando budellas,
 350 Lironusque tenet spadazzam sanguine plenam.
 351 Nemo contra illum presummit carpere gattam.
 352 In pauco spacio cuncti moriere gazani,
 353 Omnes sunt nudi, ceu fresca povina taiantur,
 354 Nec per miraculum vivus tunc restitit unus.
 355 Spezzacadena intrat fractam linqendo cavezzam,
 356 Et se cum Pardo cantonem traxit in unum.
 357 Roccaforta tamen sentitur calcibus extra
 358 Dirroccare petras nasoque nitrire bofanti.
 359 Tunc Fracassus, equis cupiens succurrere, portam
 360 Vult exire, tamen nil prodest, ventus in illum
 361 Irruit immensus, quem non sinit ire deforas.
 362 Baldus ait, certe guastabitur ille cavallus.
 363 Respondet Cingar, si sic Fortuna repugnat,
 364 Quid nobis ultra cercamus rumpere testam?
 365 Quaeramus primum si quae mangianda catamus.
 366 Sic dicens sotosora domum subvertere coepit.
 367 Hircanus ponens carbonem suscitatur ignes
 368 Manticibus, rubeasque facit dare lumina brasas.

{T Book 20 p. 199; Port. 2.111}

369 Lironus retrovat vivo de marmore saxum,
 370 Quod removet speratque locum accattasse secretum.
 371 Ecce repente sonus fit talis, qualis ad aures
 372 Mortales nunquam venit, quo quisque balordus

373 Corruit, atque crucis fronti signacula fecit.
 374 Attamen id saxum fortis Lironus abrazzat,
 375 Mox levat atque iacit per portas extra fosinam.
 376 Ecce draco magnus squamoso pectore dira
 377 Sibila spirando, flammisque vomendo fogatas,
 378 Ingreditur portam, curritque ferire Lironem,
 379 Nam sibi displicuit quod saxum moverat illud.
 380 Sed tres accensi colubrem sequivere cavalli.
 381 Calcibus hunc vastis iam Rocaforta domabat,
 382 Morsibus at rabidis lacerabat Spezzacadena.
 383 Non Draco deffendit se fortes contra cavallos,
 384 Immo venenoso quaerit cum dente Lironem
 385 Sternere, qui validus rutilo diffenditur ense.
 386 Baldus et Hircanus socio succurrere vadunt,
 387 Sed focus interea morzatur, nescio cui,³¹
 388 Quo penitus tenebrae totum rapuere lusorem,
 389 Et nihil omnino possunt guardare vicissim.
 390 Baldus clamabat, nihil, eya, timete, sodales,
 391 Nostra fides Chri[sti] magicas nihil aestimat artes.
 392 Guido pater (scitis) monuit nos esse gaiardos
 393 Incantatorum contra miracula malorum,
 394 Sed precor in tantum, quia sic sine luce manemus,
 395 Non quisquam feriat, mutuo ne vulnera dentur.
 396 Ista cavallorum sint praelia contra Dragonem.

Certamen inter Equos et Draconem.

397 Mox animat fortes alta cum voce cavallos,
 398 Qui nunc mordendo, nunc calcitrando colubrem
 399 Tampellant, quamvis certent sollummodo naso,³²
 400 Quod nihil ob nimias tenebras discernere possunt.
 401 Spezzacadena tenet per collum strictiter anguem
 402 Dentibus, at Pardus trat calzo saepe rotando,
 403 Rocaforta super limen stans calcibus urget,

{T Book 20 p. 199v; Port. 2.112}

{T Book 20 p. 200; Port. 2.112}

³¹ Carmen truncatum. (Truncated verse.)

³² Certabant naso, non videntes quaerebam [sic?] more Sausi. (They sought with their noses, not seeing I was searching like a Schnauzer.)* Note: 1692, quaerebant.

404 Ne fugiat, pistatque illum si exire, volebat.
 405 Ille vomitabat nigrum de fauce venenum,
 406 Sibilat, et tumido cum pectore girat ubique.
 407 Attentas stabant quisquam compagnus orecchis,
 408 Interdumque suas per gambas ire draconem
 409 Sentibant, Fracassus eum sed calce repellit,
 410 Qui facit horrendum per concava saxa tremorem.
 411 Pardus eum tendit pedibus smiccare feratis,
 412 Dum per colla tenet bene strictum Spezzacadena.
 413 Sed de continuo putridum vomit ille fiatum,
 414 Coguntur socii nasum stoppare, nec oybo
 415 Dicere tempus habent, tantum dat foetor odorem.
 416 Non potuit morsu plus Spezza tenere Cadena,
 417 Ille viam fugitat, seguitant mugiendo cavalli,
 418 Alter cum pedibus chioccat, cum morsibus alter,
 419 Ille fatigatus sentit mancare fiatum,
 420 Cum basis alis per caecum circuit antrum.
 421 Fracassus dirum menasset saepe tracagnum,
 422 Sed metuebat equos talem tentare deratam.
 423 Pardus habens animum furiosum contra colubrem
 424 Dum laxat calcem, percusso Cingare, fallat.
 425 Procidit ad terram Cingar, Pardusque retornat,
 426 Boccaloque super spallas saltavit adossum.
 427 Heu, Boccalus ait, succurrite, namque butavit
 428 Me sotosora draco, penso sit nempe diavol.
 429 Respondet Cingar, patientia, cara brigata,
 430 Me quoque percussit fecitque tomare stravoltum.
 431 Hircanus ridet, tu ridet? Cingar aiebat,
 432 Non mihi sgregnandi voia est, mea schena provavit
 433 Talia sed mutuo dum barronia motezat,
 434 Exiit ecce draco, multo sudore, fosinam,
 435 Namque sigillabat cum calcibus hunc Rocaforta.
 436 Ille cavernosas vadit stridendo per Alpes.
 437 Ecce cito portae de bronzo sponte serantur.
 438 Sed pede Fracassus Vasconum more cucurrit,
 439 Sbattivitque solo scarpato cardine postes.

{T Book 20 p. 200v; Port. 2.113}

440 Me seguitate, gridat, quo nobis, quaeso, codardis
 441 Forcia smarita est? ubi nostra prodezza, diavol?

442 Tum, crucis imposito signo, ruit extra botegam,
 443 Hunc reculare nihil fecit tunc forcia venti.
 444 Imbrazzant omnes scutos brandosque filatos,
 445 Tum saltant, scorsam piliantes, extra fosinam,
 446 Et sectantur equi, drizzatis auribus, illos.
 447 Mortifer ille draco tenebrosa per antra vagatur,
 448 Tombarumque cavas cifilis ingentibus explet.
 449 Ad cuius strides comites vestigia drizzant,
 450 Quem ammazzare volunt si debent perdere vitam.

Mafelina.

451 Sed novus en facitur rumor tantusque bagordus,
 452 Quod credunt non esse nisi ter mille diavoi.
 453 Vox confusa procul loca per scurissima tombat,
 454 Quae venit anterior sensim, crescitque per auras.
 455 Est genus omne avium, pecudum, genus omne ferarum,
 456 Quisque suam vocem facit ut natura ministrat.
 457 Nam leo rugitum mittit, lupus ac ululatum,
 458 Bos boat, et nitrescit equus, gallusque cucullat,³³
 459 Sgnavolat et gattus, baiat canis, ursus adirat,
 460 Raucagat oca, rudit mulus, sed raggiat asellus.
 461 Denique quodque animal propria cum voce gridabat.
 462 Hi pariter celerant incautos contra guerreros.
 463 Ac sua cum rabidis afferrant morsibus arma.
 464 Si manegiare volunt spadas, est grande periculum
 465 Ne sibi medemis mortalia vulnera figant.
 466 Quisque suum corpus sentit morderier atque
 467 Per tenebras ullam nescit comprehendere cosam.
 468 Longa cavernarum via nigris plena latebris
 469 Tomboat istarum vario gridore ferarum.³⁴

Comina.

470 Fantasticarat multo iam tempore Cingar,

³³ 1585, 1692: Verba tam propria non iuvenies apud Priscianum vel Calepium. (Such appropriate words you do not find in Priscian or Calepino.) Note: Priscian wrote a celebrated Latin Grammar text, *Institutiones grammaticae*, around 500 CE; Ambrogio Calepino (1440 -1510), a lexicographer and Augustinian monk from Bergamo, published a dictionary which would become famous, *Cornucopiæ*.

³⁴ Tomboat, fictitium verbum. (Tom-booms, a fictitious word.)

471 Quem reperire modum posset dare lumen amicis.
 472 Invenit ascortus fozam finaliter unam.
 473 Incipit assidue cum brando tundere petras,

{T Book 20 p. 201; Port. 2.114}

474 Hic fino tempratus erat (quia lamma spagnola est)
 475 Azzalo, durus quem saepe incudo probarat.
 476 Ergo repercussis silicinis undique saxis,
 477 Per caecam tombam rutilas facit ire favillas.
 478 Tunc, exhortati parvo pro Cingar igne,
 479 Laudant in tepidum se strappozzare cruorem.³⁵
 480 lam claris oculis animalia tota capescunt,
 481 In medium quorum Baldus se primitur offert,
 482 Et nudo brando carnem smembrare comenzat
 483 Hunc scannat taurum, ferit ursum, snembolat aprum,
 484 Hunc sbudellat equum, facit hunc spirare leonem.
 485 Illico Fracassus, terrae bastone repulso,
 486 Per medium armenti ruit, ut lupus inter agnellos,
 487 Suffocat et manibus diros per colla dracones,
 488 Atque venenifluos tantum necat unguibus angues.
 489 Cum pedibus manibusque simul, cum dentibus atque
 490 Squarzat, et in calido sbroiatur sanguine totus.
 491 Vinmazzus, iuveni Philotheo iunctus apressum,
 492 Contra duos tauros magnam sumpsere baruffam.
 493 Cingar crebrificat nitidas generare favillas,
 494 Sed draco praedictus vexabat morsibus illum,
 495 Ne sic ut spada faceret splendescere petras.
 496 Hircanus raptim leonissam deserit unam,
 497 Serpentemque illum (Cingar clamabat) assaltat.
 498 Sed tamen Hircani Cingar tunc fata veretur,
 499 Centaurum vocitat, Centaurus protinus ivit,
 500 Hircanus, iaciens spadam, saltavit adossum
 501 Serpenti, strictumque tenens per colla cavalcat.
 502 Ille viam currens Hircanum tergore gestat.
 503 Falchettus cernens sequitur, quo, Hircane, gridabat,
 504 Quo te, Hircane, draco menat? desmonta, miselle.
 505 Hircanus longas per grottas fertur ab Angue,
 506 Quem cum pugnadis semper ferit inter orecchias.
 507 En illos subito velox Falchettus arivat.

³⁵ Laudant, comendant. (They praise, they commend.)

508 Hircanus post se Falchettum sentit habere,
 509 Per quem securas strinxit tam fortiter Anguem,

{T Book 20 p. 201v; Port. 2.115}

{T Book 20 p. 202; Port. 2.115}

510 Quod ruit ille cadens terrae, perditque fiatum.
 511 Quod straccatus humo vadit, perditque fiatum.
 512 Per dextram zaffavit eum Falchettus orecchiam,
 513 Quem strassinando stridentem retro tirabat,
 514 Hircanus semper spronabat more cavalli,
 515 Cumque feris pugnis testam groppamque marazzat.
 516 Ille per horrisonas alpes repetendo boabat,
 517 Nec, quo menat eum Falchettus, ire volebat.
 518 Hunc magis Hircanus, speronans calcibus, urget,
 519 Se tirat ille retro, nec vadere curat inantum.

Comparatio.

520 Non aliter cum vacca facit guidata becaro,
 521 Maxime quando videt squartatas longe sorellas³⁶
 522 Inque cruentatis pendentia frusta cavechis,
 523 Et cum sanguifica sguarnazza stare becarum.
 524 Cingar huc adveniens totum dentaverat ensem,
 525 Non tamen e saxis flammam excudere cessat.
 526 Iam draco se noscit spazzatum, protinus altram
 527 Ecce capit speciem, quoniam (mirabile dictu)
 528 Quae nunc Anguis erat, facta est formosa puella.
 529 Hircanus cecidit, draco dum mutatur, arenae.
 530 Falchettus stupuit, cuncti mirantur in illam,
 531 A capite ad plantas indutam vestibibus albis,
 532 Quae manibus librum cicigando tenebat apertum,³⁷
 533 Seque latens trepidat ne sit compresa baronis.
 534 Corripit in soccam Falchettus prestiter illam,
 535 Sed scapat e manibus vestis, Falchettus osello
 536 Plus levis hanc iterum per trezzas illico griffat,
 537 Cui simul e manibus scarpata, cogendo librettum.
 538 Mirabunda nimis tunc res apparuit illis,

³⁶ Sorellas vaccas. (Sister cows.)

³⁷ Cicigando sussurando. (Whispering, mumuring.)

539 Vix Falchettus eam raperat librumque serarat,
 540 En pecus omne fugit multo sbraiore debottum.
 541 Illa ribalda gridans planctum spargebat amarum,
 542 Falchettumque orat tales dicendo lusingas,
 543 Ah, Falchette, patis sic me tractare puellam?³⁸
 544 Meque tapinellam Dammam sic laedere sufers?

{T Book 20 p. 202v; Port. 2.116}

545 Ipsa ego, non curans hominum consortia, nimpha
 546 Palladis, has habito grottas, servoque pudorem.
 547 Deh, miserere mei, dulcis Falchette, nec istud
 548 Dignum laude quidem fuerit per secla futura.
 549 Nam te sbeffabunt dicentes, o decus, o laus,
 550 Barronem validum gracilem occidisse putinam.
 551 Quid de me facies? en sum muliercula, cernis?
 552 Ergo velis, quaeso, toltum mihi reddere librum,
 553 Meque sinas andare, praecor, nitidissime barro.

Berta.

554 Et sic Falchettum vulpina fraude carezzat.
 555 Mox sub barbozzo squaquarinum fecit ad illum.³⁹
 556 Venerat hic Baldus, Cingar reliquique barones,
 557 Et mirabantur quantum sit bella puella.
 558 Alter dicebat, scelus est offendere nimpham,
 559 Alter ait, non sic, nam vel stria, vel maga putta est.
 560 Tum Falchettus eam dum pro pietate movestus
 561 Linquere disponit, lumen procul ecce videtur,
 562 Voxque sonora tonat dicendo, prendite rursus,
 563 Prendite Barrones foedam lordamque putanam,⁴⁰
 564 Nam totas mundos fit desertatus ab ipsa.
 565 Lironus repiat subito per colla puellam,
 566 Nam que manum flentis Falchetti evaserat illa.

³⁸ Puellae blanditiae. (A girl's charms.)

³⁹ Squaquarinum est actus cum duobus digitis toccas barbozzum alterius, poeta Godianus. Temnite foemineos squarquarinos, temnite basos. (A caress is delivered when you touch someone else's beard with two fingers. Shun female caresses; shun kisses.)

⁴⁰ Putta est illa si addis na, suum significatum habet. ("Putta" is that which has meaning if you add "na"[: *puttana*, whore].)

567 Ergo tenet, donec Vecchius barbatus arivat,
 568 Splendidus et parens anima superare Catonem.
 569 Ut fuit agiontus, laeta cum fronte, salutat
 570 Guerreros, illi resalutant valde stupentes.
 571 Mox Falchettum orat magicum sibi tradere librum.
 572 Illa gridat, ne des, ne des, Falchette, quadernum,
 573 Iste nullis Vecchius vos ingannare peroptat.
 574 Cui vir sanctus ait, taceas, miserabilis alma,
 575 Iam iam tempus adest, quo debes reddere contum
 576 De tantis animis pro te sub tartara missis.
 577 Inde ait, a domino sic sic datur omnipotent,
 578 O dulces fratres, ut vos de semine Christi
 579 Huc venissetis magicam destruzzere legem.

{T Book 20 p. 203; Port. 2.117}

580 Dic, meretrix, quaenam es? dicis te Pallados esse,
 581 Brutta putana, deae famulam? tu, mecha, pudorem
 582 Servas? o quantum passa est te summa potestas.
 583 Sed dare nunc poenas te condecet, eiice librum,
 584 Eiice mi Falchette librum, tunc protinas illum
 585 Falchettus terrae Baldo mandante gietavit.
 586 Extemplo magnus fit terremotus ubique,
 587 Turba diavorum properat, zaffatque ribaldam,
 588 Quae meschina gridans, dum portabatur, aiebat,
 589 Nocentina vocor magicis tam dedita chartis,
 590 Decepique mea iuvenem cum fraude Folengum.
 591 Iam valeat mundus, mea sint habitatio Vermes,⁴¹
 592 Tartara, serpentes, ignis lacrimosaque Vallis.
 593 Et sic plorando fertur cum corpore ad Orcum.

Comina.

594 Stabat quisque tacens, somnumque videre videtur,
 595 Sed ridens Vecchius, me iam seguitate, comandat.
 596 Ergo post illum vadunt parlando nientum.
 597 Roccaforta suos sequitur Pardusque patrones,
 598 Spezzacadena etiam squarzatis undique sellis.

Pedrala.

⁴¹ Nocentina fertur a diablis. (Nocentina is carried away by devils.)

599 Postquam Vulcani pariter venere botegam,
 600 Alloquitur Vecchius. Bene iam veniatis, Amici.⁴²
 601 Sunt anni centum, quod vos expecto per istas
 602 Speluncas, hoc celsa mihi providentia tempus
 603 Concessit, donec te possem, Balde, videre.
 604 Qui perges, si vera docent me sidera, totas
 605 Per baratri portas, terraeque secreta videbis.
 606 Unde tuam vitam, nec non cantare prodezzas
 607 Decrevi, si tanta mihi donabitur aetas,
 608 Quod cum compagnis praesentibus inde returns.
 609 Nomine Merlinus dicor, de sanguine Mantus,⁴³
 610 Est mihi cognomen Cocaius maccaronensis.
 611 Vos Pater omnipotens iunxit, tutosque reduxit,
 612 Restat adimplatis animo sua iussa fideli,
 613 Qui vos elegit propter lustrare Masones

{T Book 20 p. 203v; Port. 2.119}

614 Inferni, stygiasque mihi narrare facendas.
 615 Conveniet (fateor) grandes passare fadigas,
 616 Quod desperati vitae quandoque saritis.⁴⁴
 617 Gratia coelestis vobis cum semper habetur,
 618 Undique defendet, nec vos mortalia possunt
 619 Laedere, si Dominus coeli praebabit aiuttum.
 620 Sed tamen, O, socii, vos confessare bisognat
 621 Quae commisistis per vestrae tempora vitae.
 622 Nec confessandi quaeso vergogna sit ulla,
 623 Nam grandem meritum talis vergo[g]na ministrat.⁴⁵

Togna.

624 Cingar id ascoltans stringit se in tergore totum,
 625 Nam res difficilis se confessare videtur.
 626 Baldus ait, placuit nobis parlatio vestra,
 627 Nos, Merline pater, tibi confessabimus omnes.

⁴² Merlini sermo. (Merlino's speech.)

⁴³ Iste Merlinus, est presens poeta, et auctor huius voluminis. (This Merlin, is the present poet, and the author of this volume.)

⁴⁴ Saritis pro eritis. (You (plural) will be, [two forms].)

⁴⁵ [Manus.] Notandum. ([Pointing finger.] To be noted.)

628 Nunc ego stelliferi pietatem nosco Tonantis,
 629 Qui non advertens quantum peccavimus illi,
 630 Nos elegit enim Baratri pro cernere Tombas.
 631 Et sic promitto per sanctos illius omnes,
 632 Fortes in bello semper nos esse probabit.
 633 Eya igitur, socii, mentem brancate gaiardam.
 634 Quisque sibi revocans peccamina quanta gravavit,
 635 Confesset, purgetque animam, superetque diablum.

Togna.

636 Tunc omnes flexis genibus loca singula carpunt,
 637 Quo melius possunt fantasticare comenzant.
 638 Suspirat Cingar, nescit qua parte rapinas,
 639 Furta, sacrilegium, ludos narrare comenzet
 640 Dum pensare studet, scelerum confusio surgit,
 641 Quae tot sunt equidem numero, quot sydera coeli.
 642 Deventat mattus, dum crimina tanta repensat,
 643 Dumque malum putat hic, subito dimenticat illic.

Confessio.

644 Baldus erat primus, qui confessare volebat.⁴⁶
 645 Ergo genuflexo devotus crimina dixit.
 646 Post quem Falchettus lachrimis confessat amaris,⁴⁷

{T Book 20 p. 204; Port. 2.120}

647 Cingaris errando, sed non robbando sodalis.
 648 Hircanus sequitur, purus, sincerus et agnus.⁴⁸
 649 Crimina Fracasso multum sed parva catavit,⁴⁹
 650 Namque bonus certe semper fuit ille polastrus.
 651 Sat Centaurus erat caricus, Corsarus et Hippol,⁵⁰
 652 Omnia confessat plorans Moschinus ad unguem.⁵¹
 653 Presto satisfecit Philotheus, namque columba est.⁵²

⁴⁶ Baldus. (Baldus.)

⁴⁷ Falchettus. (Falchetto.)

⁴⁸ Hicanus. (Hircano.)

⁴⁹ Fracassus. (Fracasso.)

⁵⁰ Vinmazzus. Hippol. (Vinmazzo. Hippol.)

⁵¹ Moschinus. (Moschino.)

654 Non fecisse bonum scelus est plus grande Rubini.⁵³
 655 Optime Malfattus recti confessat amator.⁵⁴
 656 Succedit Malaspina, satis quod dicat habebat.⁵⁵
 657 Confessor ridet se confessante Bocalo.⁵⁶
 658 Una dies voluit pro confessare Lironem,⁵⁷
 659 Corsarus semper quoniam fuit atque ladronus.

Cingaris confessio.

660 Sed postquam Cocaius eos audire calavit,
 661 Restat et ut Cingar mundus, purissimus agnus,⁵⁸
 662 Confessat flexis ergo devote zenchis
 663 In primis nescit Crucifixi adducere signum,
 664 Vel formare crucem, dicens in nomine patris.
 665 Postea principium nimia formidine nullum
 666 Scit dare, nec medium, nec finem, namque bisognat
 667 A teneris annis dicat sua crimina quaeque.
 668 Sentit eum quod magna trahit suspiria Baldus,
 669 Et cicigando suis sociis parlabat in unum
 670 Cantonem ridens, em, em, stat freschus, et illi
 671 Ridebant, quoniam sat norant Cingar acta,
 672 Dum confessatur sua frons sudore bagnatur,
 673 Nunquam tam grandem dixit fecisse fadigam.
 674 Iamque dies unus passat, confessio mezza est.
 675 Itur dormitum, nox transit, Cingar in ipsa
 676 Nunquam dormivit noctu, sed solis in ortu
 677 Surrexit, tornat, confessus vespere mansit.
 678 Cui datur (ut potuit credi) poenitentia grandis.
 679 Omnia promittit Cingar, si attendit ad ista
 680 Sat faciet, quamvis normam servare solebat,
 681 Attendo nunquam sibi pro promittere stabat.⁵⁹

⁵² Philotheus. (Philotheo.)

⁵³ Rubinus. (Rubino.)

⁵⁴ Malfattus. (Malfatto.)

⁵⁵ Malaspina. (Malaspina.)

⁵⁶ Boccalus. (Boccalo.)

⁵⁷ Liro. (Lirone.)

⁵⁸ Cingar. (Cingar.)

⁵⁹ Promitto non stat pro attendere. (I promise does not stand for to keep [a promise].) Note: In P the gloss lacks the “n[on]” but in the 1520 edition the “n” with tilde has been added, P 16 end.

{T Book 20 p. 204v; Port. 2.121}

{T Book 20 p. 205; Port. 2.121}

682 Immo promitto stabat pro attendere nunquam.
 683 Absolvit Cocaius eum, mox illico surgit,
 684 Eya agite, clamat, barrones, quae mora vobis?
 685 Non est tardandum, pretiosum tempus habetis.
 686 Vos estis netti, mundi, perfecte lavati,
 687 Quidve opus ulterius? tantum peccare cavete,
 688 Nam cum peccatis, tunc mens divina recedit.⁶⁰
 689 Solus ego nolo specu restare sub ipso
 690 Sed pars ex vobis stigas descendat in oras,
 691 Pars mecum maneat, sic sic iubet alta potestas.

Comina.

692 Obmutuere omnes, cernentes seque vicissim,
 693 Ignorant quales Baldus velit illic amicos
 694 Vivere, nemo quidem curat restare dedrettum.
 695 Ergo butare parant sortem, mandante Cocaio,
 696 Quales cum Baldo Plutonis ad atria vadant.

Sors.

697 Exiit Hircanus primus, qui saltat alegrus,
 698 Nam cupit inferni curiosus cernere stanzas.
 699 Post quem Falchettus, post quem fortissimus Hippol,
 700 Centaurus sequitur, dubiosus et ipse Lironus,
 701 Inde Fracassus adest, mox ultimus ipse Rubinus.
 702 Malfattus, Cingar, Malaspinaque stare iubentur
 703 Moschinusque manet, Boccalus et ipse Cocaius.

Laus Cingaris.

704 Ingemuit Baldus dicens, sine Cingare nunquid
 705 Ire feram? nunquid sine Cingare vivere possum?
 706 Quicquid enim facio sine Cingare, folla videtur,
 707 Quicquid enim meditor sine Cingare, debilis aura est,

⁶⁰ [Manus.] Notandum. ([Pointing finger.] To be noted.)

708 Compagnia quidem nostra est sine Cingare guasta,
709 Et sic, dum Baldus loquitur, plorabat amare.

Togna.

710 Quando suum Baldum flentem videre barones,
711 Inteneraverunt praecordia pro pietate,
712 Et facere incipiunt pro Cingare quisque regattam.
713 Ergo, consilio Merlini, stare Rubinum

{T Book 20 p. 205v; Port. 2.122}

714 Est opus, atque fuit Baldus contentus in hac re,
715 Dummodo stare velit secum Philotheus Achates,
716 Sed tantas fecit madalenas ipse Bocalus,
717 Et tantum brazzis Baldum exoravit apertis,
718 Quod fuit andandi sibi larga licentia secum.
719 Merlinus post haec sermonem fecit ad illos,
720 Quod pars quae restat nimium contenta remansit,
721 Et pars quae vadit nimium contenta recessit.
722 Ducere destreros secum nil quippe bisognum est,
723 Quos ad servitium restantum Baldus arengat.⁶¹

Merlinus se detegit.

724 Tunc ego biscoctos panes carnemque salatam
725 Apposui mensis, dixique, sedete, barones.
726 Post epulas illos feci consurgere, qui me
727 Sectantes intrant Mafelini tecta iacentis.
728 Hisque loquens dico, petra cercate sub ista,
729 Venturam quia non modicam retrovabitis illic.
730 Centaurus voltat lapidem, tunc Baldus in atram
731 Descendit scalam, longam bene mille scalinos.
732 Omnes succedant, Merlinus supra remansit.

Pedrala.

733 In fundum scalae portam catavere seratam,
734 Quam pede Fracassus patefecit cardine rupto.

⁶¹ Arengat id est obirgat [sic]. (He scolds means he chides.) Note: obirgat for obiurgat?

735 Introeunt magnam nulla formidine salam,
 736 In qua lux tanta est, effundens lumina passim,
 737 Quod tu iurasses hic esse Palatia Solis.
 738 Est lapis ingentis precii, qui lumina fundit,
 739 Inque coruscanti cristallo fulgidus ardet.
 740 Huc Baldus properans quemquam non cernit adesse,
 741 Miratur lapidis splendor cui tollit ocellos.
 742 In circum salae stant arma picata murais,
 743 Pulchra, nec in toto mundo nitidissima tantum.
 744 Illa stupescentes pariter guardare comenzant,
 745 Formidantque quasi tam lucida tangere tela.⁶²

Heroes antiqui.

746 In capite ipsius salae grandissimus elmus

{T Book 20 p. 206; Port. 2.122}

747 Pendet, qui summo penazzum vertice promit.
 748 Ac super excelsum quaedam damigella cimerum
 749 Stabat, et hoc manibus distensis carmen habebat.

Distichon.

750 Hunc portare gigas Nembroth certando solebat,
 751 Martelli inventor fecit Tubalcain ipsum.⁶³
 752 Baldus ait, Fracasse, tuum caput hunc ferat elmum,
 753 Corpore non minor es Nembrotto forcibus atque.
 754 Illum Fracassus removens in vertice plantat,
 755 Nec sibi rem binas voltas tunc dicere fecit.
 756 Tunc processerunt, armorum splendifer ordo
 757 En alter patuit visu, collectus in unum,
 758 Supraque hoc scriptum tabula pendebat in alta,
 759 Armaturam istam quondam se vestiit Hector.⁶⁴
 760 Induit haec Baldus, quoniam minor Hectore non est.
 761 Ulterius vadunt, troiano sanguine tincta
 762 Arma vident, super ista fuit epigramma notatum,

⁶² Nemproth. (Nemproth.) Note: 1692, Nembrotis.

⁶³ Tubalcain. (Tubalcain.) Note: Tubalcain appears in Genesis 4.22, a pioneering metalworker, as here.

⁶⁴ Hector. (Hector.)

763 Ornarunt quondam paladini corpus Achillis,⁶⁵
 764 Optima quam fuerint, Aiakis morte probatur.
 765 Hircanus tulit haec, quibus est plus dignus Ulisse.
 766 Quae dum cingebat, probus Hippol arma catavit,
 767 Quae Venus Aeneae componere fecerat olim.⁶⁶
 768 Haec mea sunt, dixit, mox prestiter illa dobavit.
 769 Non procul his etiam sunt arma nitentia Thesei,⁶⁷
 770 Haec sibi delegit, Baldo mandante, Lironus.
 771 Sunt quae portabat fera virgo Penthesilea,⁶⁸
 772 Suscipit haec nemo, muliebris namque figura est.
 773 Hanibal ille furens ductor Cartaginis arma⁶⁹
 774 Hic sua quin etiam Romae tam noxia liquit.
 775 Cingar ait, Romam si terruit Hannibal istis,
 776 Sic ego diabolum superabo Cingar eisdem.
 777 Dixerat, et totum subito se ficcat in illas.
 778 Hic quoque Pompei stant contra Caesaris arma.⁷⁰
 779 Caesare vestitur Falchettus, parsque canina
 780 Excipitur, solo quam cum faldone covertat.

Heroes Iudei.

{T Book 20 p. 206v; Port. 2.123}

781 Ast alio in muro iudaica tela patebant.
 782 Primum quae Hebrei dux quondam Iosue stoli⁷¹
 783 Induit, ista vetus fecit ferrarus Oliab.
 784 Post haec subseguitant Sansonis tela gigantis,⁷²
 785 Ipsa fuere quidem nostro satis apta Fracasso.
 786 Pendula stat muris ibi smisurata corazza,
 787 Quam contra David gestavit schena Goliae,⁷³
 788 Istam Centaurus circum vestivit adossum.

⁶⁵ Achilles. (Achilles.)

⁶⁶ Aeneas. (Aeneas.)

⁶⁷ Theseus. (Theseus.)

⁶⁸ Penthesilea. (Penthesilea.)

⁶⁹ hanibal. (Hannibal.)

⁷⁰ Pompeus. Caesar. (Pompeus. Caesar.)

⁷¹ Iosue. (Joshua.)

⁷² Sanson. (Samson.)

⁷³ Goliath. (Goliath.)

Heroes christiani.

789 Sunt ibi Carlonis Francorum regis honores,
 790 Aurea flamma nitet, quam nunc o Brixia godis.⁷⁴
 791 Magnanimi Orlandi comitis de Anglante trophei⁷⁵
 792 Durindana tamen non illic spada catatur.
 793 Mox ducis Albani montis stant arma Rinaldi,⁷⁶
 794 Est quoque bacchioccus, quem Morgans ferre solebat.⁷⁷
 795 Accepit Fracassus eum, bastone relicto.
 796 Moschinus pro nunc, Philotheus, atque Rubinus,
 797 Malfattus, Malaspina simul, non arma tulerunt,

Facetiae Bocali.

798 At nisi squarcinam Marguti repperit illic⁷⁸
 799 Boccalus pro se, quae fodro nuda putrescit.
 800 Hanc cito gallono taccat, non altera curat
 801 Arma, sed incusat compagnos esse fachinos,
 802 Immo insensatos, caricantes corpora ferro.
 803 Baldus id aspiciens dixit, Boccale, quid armis
 804 Non te securas? en cernis quanta supersunt.
 805 Non me (respondet) ferrum natura creavit.
 806 Sum caro, dico tibi, sic sic de carne manebo.
 807 Rursum Baldus ait, squarcinam quid geris ergo?
 808 At Boccalus, ego sensi quod sub Phlegetonte
 809 Anguillas comedunt grassas tria brachia longas,
 810 Si nobis epulae mancabunt (quomodo credo)
 811 Quid restat ni cum squarcina tollere pellem?
 812 Ac ibi sunt olei caldaria plena boienti,
 813 Est focus (ut dicunt) Anguillas frizere possunt.⁷⁹

Gosa.

{T Book 20 p. 207; Port. 225}

⁷⁴ Aurea flamma. Brixia. (Golden flame. Brescia.)

⁷⁵ Orlandus. (Orlando.)

⁷⁶ Rinaldus. (Rinaldo.)

⁷⁷ Morgans. (Morgante.)

⁷⁸ Marguttus. (Margutte.)

⁷⁹ Frizere, vox padellae. (To fry, voice of a frying pan.) Note: Gloss may refer to the sizzling sound of the "z" in frizere; there may be sexual innuendo.

814 Hunc ob sermonem Boccali quisque cachinnat,
 815 At postquam rutilo texerunt corpora ferro,
 816 Quisque piat scutum, seu targam, sive rodellam,
 817 Constat abundanter teli genus omne fuisse.

Ars Scrimmandi.

818 In medium salae Baldus saltavit in armis,
 819 Seque provare parat scrimando contra sodales.
 820 Cingar in instanti trat de galone spagnolam,
 821 Se quoque sub targa totus curvatus abassat,
 822 Quid, menchione, bravas? dicebat, nunc tibi Cingar⁸⁰
 823 Quid valet ostendet, sta saldus, para stocatam.
 824 Et sic dicendo tres colpos fecit in unum.
 825 Baldus ridebat, semper scrimando repossat,
 826 Mirat et attentus quod Cingar porrigat unum
 827 Ante pedem, nam sic faciens sotosora tomaret.
 828 Tunc piatonadam Baldus menavit ad illum,
 829 Et pede supra pedem posito, dum se ritirare
 830 Vult Cingar, cascat, chioccatque culamine terram.
 831 Extemplo comites omnes movere cachinnos.
 832 Subrisit Cingar, sursumque levando gridabat,
 833 Eya cito, fratres, brandos educite vestros,⁸¹
 834 Et mecum pariter Baldo veniamus adossum.
 835 Tunc omnes Baldum piatonizando serarunt,
 836 Qui ferit in fianchis, qui retro, qui ferit ante,
 837 Omnes intorum Baldo sua tela menabant.

Comparatio.

838 Non sic pirlat enim cum foemina fila revolgit,
 839 Guindalus, aut quando segetem rota saxeae frangit,
 840 Ut Baldus girat, pede solo, terque quaterque.
 841 Denique toccatis cunctis ibi solus ab illis
 842 Restitit intactus, cessat procedere scrimma.
 843 Cingar abit, lapidemque illum tam clare nitentem
 844 Despiccat muro, quem Baldi ficcat in elmum.

⁸⁰ Bravaia Cingar. (Cingar's boasting.)

⁸¹ Cingar aequo animo inter amicos omnia sustinet. (Altogether Cingar maintains an even spirit among his friends.)

845 Hunc tibi victori, dixit, largimur honorem,
 846 Cum quo per Baratrum poteris donare lusorem.

Pedrala.

{T Book 20 p. 207v; Port. 226}

847 Post haec Baldus eos scalam montare comandat,
 848 Quos ego suscepi fecique sedere parumper.
 849 Vos Deus elegit, dixi de gentibus unos
 850 Ut prius emundi viciis, armisque refecti,
 851 Culfoream penitus valeatis strugere sectam,
 852 Ipsa quidem sic est operantibus aucta diablis,
 853 Quod nisi praesidium dederit vis una Tonantis,
 854 Christi summa fides, et lex cui Iulia cessit.
 855 Corruet, errorum multis nunc recta magistris.
 856 Olim quarundam vetularum parva striarum
 857 Turba dabat poenas meritis incensa casottis,⁸²
 858 Sed modo non tantum confectae tempore vecchiae
 859 Gattas, moltones, capras, porcosque cavalcant,
 860 Verum Magnates plures, Dominique togati,
 861 Et qui dant populis in sacro iura senatu,
 862 Se sub Culforea statuunt ditione regendos,
 863 Observant zobias, unguunt sua membra cirottis,⁸³
 864 Quos ego saepe cavas tueor transire per istas,
 865 Namque suam properant ad cortezare Madonnam,
 866 Culforaque dicta est, reliquarum prima striarum.⁸⁴
 867 Scortaque Luciferi, tot certe digna casottis,
 868 Quod* lapides terrae, maris undae, sidera coeli.
 869 Ipsa studens magiae penetravit viscera terrae,
 870 Inque sinu centri simulatum condidit orbem.
 871 Haec vos cuncta decet non tantum sternere brandis
 872 Corde sed accorto, sensuque a crimine mundo.
 873 Dux eris atque pater sociorum, Balde, tuorum,
 874 Nulla superstitio poterit te laedere solum,
 875 Sed caveant alii, tua ne mandata refudent
 876 Ite precor tandem, crucifixi tollite signum.

⁸² Casottis, in quibus uruntur striges. (Little huts in which witches are burned.)

⁸³ Zobias, dies Iovis. (Giovedì, Thursday, Jove's day.)

⁸⁴ Culfora. (Culfora.)

Conclusio.

877 Baldus abrazzavit fletu stillante Rubinum,
 878 Mox alios, Malaspina suo pro Cingare luget,
 879 Malfattusque suo pro Hircano, denique stricti
 880 Agmine discedunt, nos sexque remansimus illic.

Explicit vigesima phantasiae Macaronice.

{T Book 21 p. 208; Port. 2.129}

Book 21

Magistri Acquarii argumentum in
 Vigessimamprimam Phantasiae macaronicen.

1 Cingarum excrescit nasus tantum, quod in illo
 2 Scapuzzat, quoniam stryo tocarat eum.
 3 Attamen hunc sanat Serraffus, postea Raffum
 4 Custodem Nili fluminis interimunt.
 5 Fracassus comites in forti tergore gestat,
 6 Donec Culphoreas reperire casas.
 7 Illic dum parlat cum Baldo Luca Philippus,
 8 Baldus compagnos cernit abesse suos.
 9 Quos alias tandem retrovavit habere figuras.
 10 Sed per Serraffum pristina fassa redit.

Merlini Cocaii poetae Mantuani
 phantasiarum Macaronice Vigessimaprima.

Comparatio.

1 Qualis es o mulier facilis succumbere furto,
 2 Furto? (parce rogo, volui succumbere viro
 3 Dicere sed brevis est praecedens syllaba) qualis
 4 Ergo viro facilis succumbis, Foemina, sive
 5 Officio voti, sive acta prurigne carnis,¹
 6 Ast ubi tamburri formam tua pancia summit,
 7 Ac inflata uteri pellem distendier audis,
 8 Perque tuum gambar vadit rugando cavagnum,

¹ Methaphorica proverbialia. (Metaphorical sayings.)

9 Tempus adest partus, vel Mortis dicere possum,
 10 Quo meschina bonos debes padire boconos.²
 11 Angeris, et numquam velles habuisse maritum.
 12 Sed postquam bellum sborraveris inde putinum,
 13 Nescis stare loco tanta est tibi nata voluptas,³
 14 Ad vomitumque redis transacto tempore poco.
 15 Talis es, o Cingar, facilis succumbere furto.
 16 Furto? sic, furto, nec tam succumbere furto,

{T Book 21 p. 208v; Port. 2.130}

17 Sed tot criminibus variis, tibi dicere possum,
 18 Quot Sguiceros mandat montagna sguizarica morti.
 19 Sed modo namque tibi confessio sancta levavit
 20 Ex humeris pesum, quo non pesatior alter,
 21 Laetus es, et cantans in stroppa sistere nescis.⁴

Parenthesis.

22 Heu quia sunt omnes, si rem bene cogito, Cingar.
 23 Nostra velut Cingar facilis delabitur aetas
 24 In vicium, sed mox animi fastidia surgunt.
 25 Quis tam certus adest, quem non petulantia carnis
 26 Pungat, et interdum tollat de tramite recti?⁵
 27 Quis tam sanctus homo, qui non quandoque patescat
 28 Esse caro, pressusque ruat sub pondere carnis?⁶
 29 Ast peccare hominis, numquam emendare diabli est.
 30 Si quandoque caro sua nos post vota reducit,
 31 Nunquid nos aliis animantibus aequa potestas
 32 Dissimiles statuit frustra? ratione vigemus.
 33 Hinc ordita fuit patribus confessio, verum
 34 Hoc opus, hic labor est, facinus committere paulum
 35 Nos pudet ante deos, homini sed dicere multum.
 36 Offendisse Deum nobis minus esse videtur,
 37 At mage nos homini commissum prodere, vexat.
 38 Fallimur, ah miseri vitio sine posse putantes

² Proverbium. (Saying.)

³ Proverbium. (Saying.)

⁴ Proverbium. (Saying.)

⁵ [Manus.] ([Pointing finger.])

⁶ [Manus.] ([Pointing finger.])

39 Vivere, qua propter si carne gravante labamus
 40 Turpe quod in crimen veluti sors nostra ministrat,
 41 Ire sacerdoti nudare pigrescimus illud.
 42 Mente fatiamur, timor urget, pectus acerbat
 43 Sinderesis, montemque humeris gestare videmur.
 44 At postquam fuerint animo discussa recenti
 45 Crimina, laetamur tantum evasisse laborem.

Contra Hypocritas.

46 Sed veh qui superos laedunt sub tegmine recti,
 47 Stat quia lustitiae sub imagine culpa frequenter,
 48 Dicitur Hypocrisis vitium, simulataque Virtus.
 49 Deforis ellucet velut aurea petra sepulchri,
 50 Foeda sed interius putrefacta Cadavera servat.⁷

{T Book 21 p. 209; Port. 2.131}

51 Noscite displiceat quantum fraus ista tonanti,
 52 Qui nostra sub carne latens reprobabat iniquos
 53 Hypocritas, revocans meretrices atque latrones.
 54 Emendaturum genus istud namque sciebat,
 55 Sed pietas simulata nequit mendarier unquam.⁸

Berta.

56 Non erat ex ipsis noster, mihi credite, Cingar,
 57 Non erat ex ipsis, quos dicunt Santificetur,⁹
 58 Sive Gabadeos, aliquos nisi quando gababat,
 59 Atque viandantes sancta sub veste robabat.
 60 Sed modo confessus gaudet, titaloraque cantat,
 61 Bertezat, ridet, saltat stigmatque Bocalum,
 62 Qui quoque Gaioffus salsa de carne Mezenum,
 63 Vix confessatus Merlino fraude robarat,
 64 Atque simul dulci duo plena Cucurbita vino.
 65 Increpat hunc Baldus poverum spoliasset Romitum.
 66 At Boccalus ait, de mangia in pace biavam,
 67 Et tu non comedis persuttum, Balde, libenter?

⁷ Comparatio. (Comparison.)

⁸ [Manus.] ([Pointing finger.])

⁹ Sanctificetur indeclinabile positum. (Is sanctified, treated as indeclinable.)

68 Forsan in inferno poteris retrovare tavernam?
 69 Baldus ait, Vinmazzus habet de pane cavagnum.¹⁰
 70 Quid? Boccalus ait, nobis scriptura comandat,
 71 Non in solo pane vivat homo, caro carnem
 72 Accusativo facit.
 73 Quisque piat festam pro Cingare proque Bocalo,
 74 Qui vadunt mutuo follas narrando facetas,
 75 Nam via longa nimis sic sic brevis esse videtur.

{T Book 21 p. 209v ; Port. 2.132}

Gosa.

76 Baldus in excelso carbonem vertice gestat,
 77 Qui nihilat grossas, fulgenti luce, tenebras.
 78 lamque caminarant per grottas mille pedestres.
 79 Fit sonus ecce suas post schenas plurimus, atque
 80 Vox gridat anterior, sta, guarda, vade dabandam.

Comparatio.

81 Quali cum guisa Papam sociare videmus
 82 Inter Alebaldas centum peditesque staferos,
 83 Per quos hic illic mandatur stare dabandam.¹¹

{T Book 21 p. 209v; Port. 2.132}

84 State, gridat Baldus, quo pervenit iste tumultus?
 85 Illico sfodratis brandis dant scuta lacertis,
 86 Separat et comites ad bandas undique stradae,
 87 Fit via trans punctas brandorum utrinque minantes,
 88 Ac si per piccas vellet passare Todescus.
 89 Maxima comparet tacitae confusio gentis,
 90 Quae diversimodis franceso more cavalcat.
 91 Pars equitat gramolam, pars descum, parsque cadregam,
 92 Pars colum, trespum, pars secchiam, parsque telarum,
 93 Pars tripodem ferri, pars naspum, parsque cavagnum,
 94 Pars scoppam, tabulam, concam, misamque farinae.
 95 Per medios comites, nulla formidine, passant.

¹⁰ Cavagnum, sportam. (Basket, bag.)*

¹¹ Dispartem, divisam. (Separated, divided.)

96 Nil penitus citant, Baldus ridere comenzat,¹²
 97 Cingar ait clamans, quae gens? quo pergitis? ola?
 98 Nemo respondet, procedit muta caterva,
 99 Non modicum faciunt strepitum per saxa cadreghae,
 100 Pistones iadae, gratarolae, mille facendae.
 101 Continuo rident fratres, tamen omnia viso
 102 Contemplant stupido, brandis menare parati.
 103 Falchettus loquitur, sunt isti nempe striones,
 104 Est hodie giornus zobiae, Boccale, dimanda
 105 Si zobiae fortasse dies est iste, nequaquam
 106 Fortunam, Boccalus ait, tentabo, sed ecce
 107 Ultimus apparet, ligni cui zoppa cavalla est,
 108 Vix ea fatus erat postquam transiverat omnis
 109 Copia, quod secchiam stafezat desuper unam,
 110 Posterus extremo tetigit qui pollice nasum
 111 Cingar, et subito post coetum sprone galoppat,
 112 Illaque barbaricas superaret secchia cavallas.
 113 Res miranda statim comparuit ante sodales.
 114 Cingar incepit pededentim crescere nasus,
 115 Defluit in longum, barbozzum iamque tocabat,
 116 Atque bighignolus lambicchi paret aguzzus.¹³
 117 Cingar at infelix umbram prius esse putarat,
 118 Unde manu reparare volens urtabat in ipsum
 119 Nasazzum, qui iam prolixus pectora coprit,

{T Book 21 p. 210; Port. 2.133}

120 Suscipit et formam seu caudae, sive budelli.
 121 Me miserum, clamat, quo tanti copia nasi
 122 Processit? mirate, precor, mirate fradelli,
 123 Cernitis hunc nasum? tunc illi firmiter adstant.
 124 Obstupuere, pedes quoniam defluxit ad imos.
 125 Dumque timens voluit Moschinus currere, longum
 126 In nasum pedibus scapuzzat, et inde stramazat.
 127 Baldus non potuit quin fleret fata sodalis,
 128 Attamen, ut prudens quod erat, delusio noscit.
 129 Ne timeas, mi Cingar, ait, truncabimus istum
 130 Nasonem petito, cui pristina forma redibit. beak

¹² Citare minus est quam loqui. (To be quiet is less than to speak.)

¹³ Bighignolus, est illud rostrum per quod lambicantur herbae. (Spout, is that part of a beak by which the grass is watered.) Note: could be related to L *beccus*, beak.

131 Boccalus parlat, quid sbigottiris ob ipsum?
 132 Nempe tibi invideo, Cingar, nasare melones
 133 Stans drittus poteris, nec te bassabis odori.
 134 Hoc verbo ridens Cingar, patientia, dixit,
 135 Me iam per nasum bufali de more potestis
 136 Ducere, sed quoniam mihi passas occupat, ipsum
 137 lam septem cubitos longum volo circa colengum
 138 Cingere, sic faciens laeta cum fronte recedit,
 139 Attamen, andando, pensat deponere nasum.
 140 Iugiter hunc solito Boccalus more caleffat,
 141 Iugiter et solito fert illum Cingar amore.¹⁴
 142 Non erat ex numero quorundam quippe bravantum,
 143 Qui dare sunt faciles, at non repiare botones.
 144 Quod sim nasutus, dicebat, curo pochettum,
 145 Languesco verum tanto sub pondere nasi.
 146 Vin, Falchettus ait, tibi demus, Cingar, aiutum?
 147 Dixit, et a collo nasum distorthetai omnem,
 148 Praecedensque illum spallis non absque fadiga
 149 Sustinet, ac alii succedunt saepe labori.

Togna.

150 At pater interea Serraffus cumque Giuberto,
 151 Cumque duobus erat Merlini iunctus ad Antrum.¹⁵
 152 Sed Baldum quando cognoverat esse recessum,
 153 Prestiter avertit schenam, dixitque valete.
 154 Tres illum seguitant Giubertus, Pizza, Rafellus.

{T Book 21 p. 210v; Port. 2.134}

{T Book 21 p. 211; Port. 2.134}

155 Pizza Capellettus, greghesco stemmate natus,
 156 Sed mater schiavona fuit, pensate, fradelli,
 157 Quae mixtura hominis, quid sit confessio nunquam
 158 Cognorat, ladro, barrus, fur, sanguine gaudens.
 159 Quid referam? stradiottus erat queo dicere peius?
 160 At Stradiottorum quia mos est mittere guerram,
 161 Pizza Capellettus, vel Pizza guerra vocatur.

¹⁴ Fert, sufert. (Bear, endure.)*

¹⁵ Color rethoricus, cumque cumque. (Rhetorical color, repetition of *cumque*.)

162 Attamen a reliquis Stradiottis distat in unum,
 163 Namque fidelis erat per amicum tradere vitam.¹⁶
 164 Patria sed pulchri fuit urbs milanese Rafelli,
 165 Qui nunquam panem, nec quidquid corpora nutrit,
 166 Sumebat, dulci tantum se pascit amore.
 167 Quapropter quicquid contrectat, replet amore.
 168 Serraffo multum fuit haec complexio grata,
 169 Utebatur eo variis in rebus Amore.

Mafelina.

170 Ergo cito magicum traxit de pectore librum.
 171 Dum legit, en cervi ramosi quattuor adstant,
 172 Ore brias ut equi gestantes, tergore sellas.
 173 Quos montare iubet Serraffus nemo repugnat.
 174 Quattuor hi strictis calcagnis oreque presso,
 175 Ne dicant lesum, per opaca silentia currunt,
 176 Immo volant, quoniam portantur supra Diablos.
 177 Itur ad orbescam guidant quocumque cavalli,¹⁷
 178 Inque oculi motu post Baldi terga fuerunt.¹⁸
 179 Sistite, dicebat Serraffus, sistite cervos.
 180 Ecce procul Baldi grottas illuminat elmus.
 181 Tunc dismontarunt, cervosque recedere mandat
 182 Serraffus, lapidesque bubae tres expedit illis,
 183 Quas si quis gerit in boccam, invisibilis efit.¹⁹
 184 Ergo simul properant, alios guardare valentes
 185 At non guardari, lapidum sic maxima vis vult.
 186 Introeunt Baldi compagnos nemine visi,
 187 Ac ibi ridendo pugnos menare comenzant.
 188 Primus Boccali Serraffus percutit aurem.
 189 Oyme, gridat, quisnam mihi nunc percussit orecchiam?

{T Book 21 p. 211v; Port. 2.135}

190 Talia dum loquitur, chiappa picigatur in una,²⁰

¹⁶ Tradere pro tradere vitam. (Hand over, for give his life for.)

¹⁷ Ad orbescam, sine luce. (In blindness/blindly, without light.)

¹⁸ Quicquid cavalcari potest, cavallus appellat. (Whatever can be mounted, one calls a horse.)

¹⁹ Efit, efitur. (Is effected, [two forms].)

²⁰ Chiappa, latine clunis. (Butt cheek, Latin buttock.)

191 Va, Diavol, ego non possum vivere, cancar,
 192 Balde tibi veniat, quo nos codesella, menasti?
 193 Pizza Guerra pedes transversat ante Lironem
 194 Qui cadit, et surgens alia quoque parte tramazzat,
 195 Namque Rafellus eum spingit buttatque stravoltum.
 196 Hippol ait, quid, Balde, iuvat portare lusorem?
 197 Undique tampellor pugnadis nempe cotoris,²¹
 198 Nec percussores video, tamen ecce putabor
 199 Mattus, namque volo me met deffendere pugnis.
 200 Sic ait, et manibus conclusis verberat umbras.
 201 Giubertus ridens Falchetti e tergore nasum
 202 Cingaris abstulerat poverumque tirabat ubique.
 203 Heu quia, Cingar ait, per nasum ducor ut Orbus.
 204 Hircanus dum vult illi succurrere, pugnum
 205 Menat, et in saxum colpit, sofiatque panadam.²²
 206 Nemo stigmat Baldum, sed eum venerando respectant
 207 Serraffus caudam Centauri tirat equinam,
 208 Ille iacit calzos, frustra que recalcitrat umbris.

Pedrala.

209 Galantariam post ipsam denique petram
 210 Serraffi iussu sboccavit quisque bubinam,
 211 Noscunt Giubertum, qui ridens currit, abrazzat,
⁹ Cum caput, adverbium est. (With head [first], is an adverb.)

{T Book 22 p. 225; Port. 2.161}

185 Verum cum nulla quasdam pietate striazzas
 186 Aut Vecchionazzas toto conamine chioccat.
 187 Undique sanguineam fundunt sua membra piozam,
 188 Non pietas valet hic, non perdonanza gridare,
 189 Nam mercadanti Boccalus fecerat aures.
 190 Baldus in amplexu Smirnam trahit extra catervam,
 191 Quam fert, incalzantque illum tres mille staferi.
 192 Sed Lironus eas distemperat ense Lironus.*
 193 Cascabant pisces nimia pro voce gridantum
 194 Culmine de celso quoniam maris est ibi fundus.
 195 Tunc homines Mundi (peream si dico bosiam)
 196 Auribus hauserunt talem dessotta bataiam.
 197 Attoniti pisces veniebant supra timentes,
 198 Sguizzabantque super fluctus scampare volentes,
 199 His oculis vidi, vel somnia forte fuerunt.

Comina.

200 Baldus Smirnam multo sudore ligarat,
 201 Fertque super spallas in quandam proxime grottam,
 202 Iam non ulterius tremefacta canaia sequebat,
 203 Namque Fracassus eam smagazzat more nosarum.
 204 Quisque fugae studiat, ferus Hippol persequit illos,
 205 Incalzans alia dismembrat parte Lironus.

Gosa.

206 Culphora iam tristi portu guidata diablum
 207 Advocat, atque patrem, matrem maledire comenzat.
 208 Increpat hanc Baldus dicens, a nata diablo,
 209 Nunc debes domino rationem reddere Christo.
 210 Cur tua non deitas, cur non tibi donat aiuttum?
 211 Et sic dicendo ferit uno calce misellam.
 212 Infoelix clamat mortem patremque Sathanum
 213 Ut veniens animam misero de corpore vellat.
 214 Ergo dum stridet, rapitur miserabilis inde,
 215 Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.

Conclusio.

216 Si brevis hic liber est, brevis est, nam semper acerbos
 217 Gatta parit catulos nimium frezzosa. Valete.

Explicit xxii. Macaronice.

{T Book 23 p. 225v; Port. 2.163}

{T Book 23 p. 226; Port. 2.163}

Book 23

Magistri Acquarii argumentum in xxii
 phantasiae Macaro.

1 Ad phlegethontaei descendunt regna Paesi,
 2 Baldus cum sociis fertque Fracassus eos.
 3 In Griffa rosti prius intravere Tavernam,
 4 Quem Baldus pugnis calcibus atque domat.
 5 Mox arrivantes nigras Acheronthis ad undas,
 6 Non passant, quoniam Barca Charontis abest.
 7 Hic Cingarinum qui Baldi filius extat,
 8 Dum ventrem Cingar vult vacuare, trovat.

Merlini Cocaii Poetae Mantuani
 Macaronice Phantasiarum Vigesimalertia.

1 Venimus ad pavidum Malamocchi denique portum,¹
 2 Gurgite qui medio fert centum mille Diablos,
 3 Naviculamque meam fluctu sorbere minazzat.
 4 Contra Fortunam grandis mattezza videtur
 5 Spingere Navigium fert quando pericula mortis.

Desperat.

6 Ergo quid faciam? spicchetur ab Arbore velum,
 7 Non bastat nobis animus transcendere passum,²

¹ Methaphorice ponit Malamocchi portum, quasi reputans mortis periculum evitare non posse. ([The poet] puts the port of Malamocco metaphorically, as though thinking to be unable to avoid mortal danger.)*

8 In quo tam spessum gentes anegarier aiunt.
 9 Non mihi bastantes cordae, bastantia vela,
 10 Nostraque sub fundo male navis impegolatur,
 11 Et per fissuras aqua drentum saltat ubique.
 12 Difficilis semper fit scortegatio caudae.

Se met innanimat.

13 At quia non modicum video mihi nascere scorum,
 14 Qui iam vogarim quingentos mille mearos,
 15 Non formidarim cagnae latramina Sillae,
 16 Non me terruerit rabies ingorda Caribdis,
 17 Et Malamoccheum trepidem passare furorem?

Invocat Musas.

18 Fac animum, paveasque nihil, Mafelina, gaiardum,

{T Book 23 p. 226v; Port. 2.164}

19 Grandis erit (confesso quidem) straccatio schenae,
 20 Dum contra fluctus opus est distendere brazzos.

Comparatio.

21 Sed bergamasco qualis nutritus in agro
 22 De montagnarum lapidoso culmine smontat,³
 23 Bramosus venetos dilecta videro paesos
 24 Littora, Marconem portans in ventre ficatum,
 25 Et vermocanum giurat, quod dummodo vivat,
 26 Non venetianum vult biscurare Leonem.⁴
 27 Curat inusatas pocum maris ire per undas,
 28 Et conturbatas pelago vomitare budellas.
 29 Namque labor nihil est dura campanilia celsa
 30 Prospicit a longe medio nascentia Ponto,
 31 Et guardat pomum, stans de lontano, doratum,
 32 Talis ego, quid nam rapida spaventor ab unda,

² Transcendere passum, describere infernum. (To go across the pass, to describe hell.)

³ Appositio. (Apposition.)

⁴ Biscurare, oblivisci. (To neglect, to forget.)

33 Cum portus meditor dulces, gratumque repossim?
 34 Ergo sub horriso Baldum sociare baratro,
 35 Ferte iuvamentum vestro conamine, Musae,
 36 Et mihi voiatis nullam spragnare fadigam.⁵
 37 Sentio terribiles animarum surgere voces,
 38 Audio stridentes, ac labra frementia, dentes,
 39 Inspicio laceras insemmam sbattere palmas,
 40 Cernoque terrificos, nigros, rubeosque diablos
 41 Infilzare suis miserellas cornibus almas,
 42 Sulphureumque focum bandas agitare per omnes.

Narrat.

43 Baldus Culforeas postquam destruxerat oras,
 44 Cunctaque Fracassi mala tecta ruere fracasso,⁶
 45 Retrogredi mandat, per tombam scilicet illam,
 46 De qua Fracassus tergo portarat amicos.
 47 Iamque arrivarant ubi terno in flumine flumen
 48 Scinditur, ac marmor Fracassus nobile rupit.
 49 Ad Phlegethontaeas Baldus descendere stanzas
 50 Praecipit, una sibi Centannos horrula paret⁷
 51 Posse diabolicas brando tentare prodezias.
 52 Per septem giornos semper canale per illud

{T Book 23 p. 227; Port. 2.165}

53 Compagnos tulerat dorso Fracassus in alto.
 54 Nec dixit may may, straccor, smontate, sodales.⁸
 55 Immo plus leviter paiam portare fachinus
 56 Cernitur, haud unquam veluti Fracassus amicos,
 57 Semper et in giusum magis ac magis impiger ibat.
 58 Gemma refulgebat quam Baldus habebat in elmo,
 59 Lumine pro cuius diversa pericula schivant.
 60 Centum stradiculas, centumque viacula trovant,
 61 In medio quarum longo via larga meatu
 62 Comparet, banda fluitat quam flumen ab omni.

⁵ Syncopa. (Syncopation.) Note: *spragnare* for *sparagnare* (*risparmiare*), to spare.)

⁶ Fracassi, fracasso, ruina. (Of a ruin, for a ruin, a disaster.)

⁷ Centanni, Ducentani, Trecentanni. (One hundred years, two hundred, three hundred.)

⁸ May may unquam unquam.* (Never, never, not ever not ever.)

63 Per campum rapido sabionem gurgite meschiat,
 64 Illic Fracassus posuit de tergore sommam,
 65 Nam unicuique datur propriis iam vadere gambis.
 66 Quo magis accedunt, constat via largior esse,
 67 Donec in extremo spaciosum limine pratum,
 68 Campagnamque trovant cineroso pulvere carcam.
 69 Subterrana illic ventorum flamina regnant,
 70 Impetuosa ferunt cineres, agitantque per illam
 71 Planiciem saevum redolentem sulphuris oybo.⁹
 72 Gaudet in hac rerum Baldus novitate, Lironem
 73 Admonet, ac reliquos nulla pro sorte pavere.
 74 Quid? Falchettus ait, dum te mi Balde videmus,
 75 Non sgomentabit nos quanta canaia sub orco
 76 Stat diavolorum, nec quanta sub aere stridet.
 77 Sic ait et saltans nil monstrat habere spaventum,
 78 Contraque terribiles ventos currendo resultat.
 79 Nunc huc, nunc illuc per largum cursitat agrum,
 80 Nobilis Hircanus sequitur, secum quoque scherzat.
 81 Non bene sunt isti tempus iuvenile soluti
 82 Morbinant, saltant, rident, vadunt, redeuntque,
 83 Quos unquam vidit turbato[s] nemo vicissim.

Comparatio.

84 Quales agniculi Matres linquendo resultant,
 85 Quatuor et pedibus guizzant, et ad ubera tornant,
 86 Mox veniente lupo, se matrum in corpore celant,
 87 Tales Hircanum Falchettinumque videbas

{T Book 23 p. 227v; Port. 2.166}

88 Curiosare simul loca per longinqua vagantes.
 89 Ast improvisum monstrum si quando catabant,
 90 Prestiter ad Portum Baldi remeare videbas,
 91 Inde sub illius combattere fortiter umbra.
 92 Qui velut assuescit caporalis providos et dux,
 93 De se nil curans tantummodo curat amicos,
 94 Res quoque venturas animo subimagnat alto.

Berta.

⁹ Oybo accusativo est. (Stench is accusative.)

95 In caput illius campagnae scurus et asper
 96 Boscus adest, ac silva pavens, non consita myrthis
 97 Nec lauris, verum taxus aconitaque mixta,
 98 Toxicæ foeda nigro semper de cortice sudant.
 99 Introit anterior Baldus, nova cernere gaudet,
 100 Perque venenatas frondes nihil extimat ire.
 101 Incipiunt iam iam dirum sentire bagordum,
 102 Murmur et insuetum tanquam reboantia saxa,
 103 Vel magis ad guisam pelagi sbattentis arenam,
 104 Quando fremit vastas balzando fragoribus undas.
 105 Ad finem boschi retrovant intramina grandis
 106 Portazzæ nunquam clausæ sed semper apertæ,
 107 Per quam trenta pares possent intrare carettae.
 108 Post hæc tollentes oculos Epigramata cernunt.
 109 Cingar et in ferro sculpitum carmen adochiat,
 110 Quod legit, hæc talis fuerit sententia metri.

Distichon Inferni.

111 Regia Luciferi dicor, bandita tenetur
 112 Chors hic, intrandi datur omnibus ampia potestas.

Gosa.

113 Fracassus ridens dixit, subeamus adunca,
 114 Non regrediendi dabitur fortasse facultas?
 115 Introeunt omnes, tenebris appena resistit
 116 Carbonus Baldi, manuum sbatimenta rebumbant
 117 Illic, et horrissonas refrimentia labra querelas.

Togna.

118 Ecce Tavernarus quidam barbatus, habensque
 119 Non unquam rasas stipante pilamine galtas,

{T Book 23 p. 228; Port. 2.167}

120 Obvius accelerat Baldo velut assolet Ostus,
 121 Portans guarnazzam plenam brotamine cinctam,
 122 Vultis, ait, nostra socii alozare taverna?
 123 Boccalus raptim Baldi responsa taiavit,

124 Quid cercandum aliud? bona si tibi canefa vini,
 125 Inde polastrellos tua si polaria donant,
 126 Ecce parecchiati sumus hanc intrare Tavernam.
 127 Ostus ait, mecum veniatis, non mihi desunt
 128 Pernices, Quiaiae, Vituli, Vernazza, Phalernus.
 129 Hunc seguitant omnes Baldo incedente davantum,
 130 Qui facit ad comites per operta silentia scortam,
 131 Donec eos Ostus tenebrosum vexit in Antrum,
 132 Quo ter mille animas epulis catavere cubantes,
 133 Mangiantesque instar porcorum dente famato.
 134 Irruit ad Mensam laeta cum fronte Bocalus,
 135 Inque piatellum dum vult extendere brancam,¹⁰
 136 Protinus indrettum se nigra fronte retraxit,
 137 Nam pensando aliquem coctum gremire caponem,
 138 Pestiferam sensit crudam zaffasse colubrem.
 139 Accedit propius factum discernere Baldus.

Comparatio.

140 Cum quali guisa Gattum rosegare codaium¹¹
 141 Aspicias, quem quis, caudam stricando, molestat,
 142 Qui fremit, et gnao gnao faciens ingordus anegat,
 143 Sic animas illas Baldus respexit edentes
 144 Vipereas carnes, Rospos, Bissas, Crocodillos.
 145 Aspideo post haec plenas de sanguine tazzas
 146 Sorbebant, oculosque foras sorbendo butabant.

Comparatio.

147 Non aliter si quis feбри tenuatus acerba,
 148 Nauseat agaricae medicinae pocula summens.

Berta.

149 Interea postquam dapibus satiantur ab illis,
 150 Ecce cathenarum scoriadam corripit ostus.
 151 Intorumque menans furiose licentiat illas,
 152 Namque novas alias almas alogiare bisognat.

¹⁰ Brancam, manum. (Mitt, hand.)

¹¹ Codaium, caput allii. (Tail, head of garlic.)

{T Book 23 p. 228v; Port. 2.168}

{T Book 23 p. 229; Port. 2.168}

153 Impetuose foras abeunt, intrantque novellae,
 154 Quas etiam cogit putridis accumbere mensis.
 155 Mox ait ad Baldum, sociosque, sedete, bricones.
 156 Misterum quoniam faciet vos solvere scottum.
 157 Sic dicens ferri scoriada percutit Hippol,
 158 Quem male provistum terra de peso levavit,
 159 Quem quoque Lirone casu ruzzavit adossum.
 160 Ambo schenadam pariter cascando piarunt.
 161 Illa quidem vestra est, Boccalus dixit, habetis
 162 Prevendam vestram, tamen hanc non curo biavam.
 163 Sic dicens scapolat, cantoneque se latet uno.
 164 Baldus arostitum brancavit forte Draconem,
 165 Inque Tavernari mostazzum iactat et unum
 166 Donando pugnum, dextram colpivit orechiam
 167 Cui stramazanti percussit terra sinistram.
 168 Cingar ait ridens, nondum mangiavimus, et tu,
 169 Balde, comenzasti scottum pagare tavernae.
 170 Baldus respondet, sic Hippolis esca soluta est.
 171 Dixit et ut pugnis iterum chioccare comenzat.
 172 Interea Vinmazzus eas interrogat umbras,
 173 Cur veniant illam sic albergare tavernam,
 174 Atque venenosas glutient stomachaliter escas.
 175 Cui maior aliis planctu respondet amaro,
 176 Quaelibet inferni cruciatibus alma ferenda,
 177 Corpore quam primum posito descendit ad Orcum.
 178 Anteaquam vadat tumbas habitare statutas,
 179 Hoc diavolazzo primum invitatur ab osto,
 180 Quem Griffarostum Plutonica turba dimandat.¹²
 181 Nec nos invitum contemnere possumus istum,
 182 Nam Griffarosti nolentes sferza coercet.
 183 Quapropter quantas animas infernus agombrat
 184 Iste tavernarus marzo mangiamine pascit.
 185 His dictis alias animas adiungere cernunt.

Berta.

¹² Carpitur hic poeta de heresia. (Here the poet is scolded about heresy.)* Note: why is this heretical?*

186 Baldus compagnis iubet illam exire Tavernam,
 187 Et iam cum pugnis stropiatum liquerat Ostum,

{T Book 23 p. 229v; Port. 2.169}

{T Book 23 p. 230; Port. 2.169}

188 Protinus egrediunt, ac ibant agmine stricto,
 189 Namque illic adeo grossa est offuscatio noctis,
 190 Quod cum cortello posses taiare tenebras,
 191 Perdere vel sese quisquam potuisset eorum.
 192 Iussu ergo Baldi parvum facere trapellum,
 193 Atque Capellettis similes insemma dunantur.

Comparatio.

194 Namque Capelletti legeros supra Cavallos
 195 Quando coreriam faciunt inimica per arva,
 196 Non spernazzantur, facit ut villana canaia,
 197 Verum gropetto stricti calcantur in uno,
 198 Donec aquistatis parient sperone botinis,
 199 Atque cavalla grisa bre bre, vel pospodo dicant.

Mafelina.

200 Baldus praecedens sguainatum baiulat ensem.
 201 Boccalus nunquam se diluntanat ab illo,
 202 Seque volenteram (tremulo quia corde stopinat)
 203 Vellet in illius totum se abscondere costas?
 204 Tam bene furfanti nunquam tremolare videntur
 205 Cum mancante foco patiuntur tempora giazzae,
 206 Ut modo Boccalus filans subtiliter ante
 207 Retroque guardabat mutas gestando loquelas.
 208 Atque agnusdeos faciebat saepe caminans.¹³

Pedrala.

¹³ Facere Agnusdeos, est retro aspicere, sicut agnus dei depingitur. (To do an “Agnus dei” is to look back, as the lamb of god is depicted.)* Note: refers to common image of the lamb of God in which the lamb holds a banner with its right foreleg and looks back over its left shoulder.

209 Non procul ascoltant strepitum rumoris aquosi,
 210 Non aliter quando laxatur breña molinis.
 211 Baldus ad hunc sonitum scarpas dirrumpere tendit,
 212 Arrivant tandem pavidas Acherontis ad undas.
 213 Cernere fornaces iam de lontano fogatas
 214 Incipiunt, talique vident lusore caminum.
 215 Circa suas testas animarum millia strident.
 216 Agmina terribili clamantia voce Charontem,
 217 Quas sua debebat navis passare delaium.

Comina.

218 Cingar se alquantum sociis lontanat ab altris,
 219 Nam cogebatur naturae figere termen,¹⁴

{T 23 p. 230v; Port 2.170}

220 Atque super litus fungum plantare novellum,
 221 Vel potius voluit lombardam prodere Quaiam.
 222 At sbardelatus dixisset forte Poeta
 223 Cum plena bocca, Cingar cagare volebat.¹⁵
 224 Ergo iam bragas implens andabat anasum,
 225 Ut brachetta solet leporem dum prona sausat.
 226 Heu, quia non leporem reperit, sed (flebile dictu)
 227 In quendam luvenem ex improvise trabuccat,
 228 Unde pilos, habuit quantos in Corpore drizzat
 229 Nec destrigatis bene tunc se in littore calcis
 230 Bassarat totum se merdam repperit esse,
 231 Nam cagarola solet procedere saepe spaventu.¹⁶
 232 Immo paura magis poterit bastabilis esse
 233 Distiticare statim Ventrem, liquidareque trippas,¹⁷
 234 Quam casia, aut roseus succus, vel dulza sebestem,
 235 Vel per christerium Benedicta ficata dedretum,
 236 Vel disponentis fezzam supposta savonis.¹⁸

¹⁴ Methaphorae tres congruae. (Three similar metaphors.)

¹⁵ Carpit poetas alios et se pariter. (He [the poet] scolds other poets and himself too.)

¹⁶ Sententia Avicennae. (Saying of Avicenna.)

¹⁷ Distiticare, liquidare. (To unconstipate, to liquify.)

¹⁸ Quid sit supposta, vade et quere. (What a suppository is, go and ask.)

237 Cingar se traxit passu tardante dacantum,
 238 Et Iuvenem pavida guardabat mente galantum,
 239 Qui stramortitus macilenti fronte iacebat,
 240 Fecerat et largum lachrimis in littore guazzum.
 241 Ayme, Cingar ait, quaenam, puer inclyte, sors te
 242 Istuc guidavit?
 243 Sic dicens, vitam si forte reliquerat istam
 244 Vult experiri, pagnos sbaratare comenzat,
 245 Et modicum tastat tenui sub corde calorem,
 246 Quare cognovit necdum sborrasse Fiatum,
 247 Nec requiem aeternam fuerat cantare bisognus.
 248 At pensare nequit guisam qua suscitet illum.
 249 Non ibi credat aqua faciem sbrofare rosata,
 250 Non confortanti venas fregare Cirotto.
 251 Non ibi speret aquam de flumine tollere frescam,
 252 Namque venenosis Acheron cum fluctibus illic
 253 Sboientat, iuvenemque mori fecisset afattum.
 254 Per mancum ergo malum calidam spinavit orinam,
 255 Et Iuvenis venas, polsos, ac tempia bagnat.

{T Book 23 p. 231; Port. 2.171}

256 Non possens quod vult, voluit quod posse podivit.*
 257 Ille pudicino pissamine Cingaris unctus,¹⁹
 258 A pochum vires a pochum summere coepit,²⁰
 259 Ac si aqua cotalis benedicta fuisset orina.
 260 Quam bellam frontem, quam bellos prompsit ocellos,
 261 Hasque parolinas inspecto Cingare fatur,
 262 Sis benedicte Deo, qualis, barrone, fuisti,
 263 Qui mihi semineco trastullum tale dedisti?
 264 Non hoc fecisset medicinae inventor Apollo.²¹
 265 Non Mitridates nigram portando Triacam,
 266 Non qui corporibus Galienum repperit unctum.²²

¹⁹ Ironia. (Irony.)

²⁰ Apochum paulatim. (Little by little, gradually.)

²¹ Apollo. (Apollo.)

²² Mitridates, Galienus. (Mithridates, Galen.) Note: Mithridates the Great c. 134-63 BCE) in addition to ruling much of Asia Minor was famous for a powerful antidote. Galen (c.130-200) was a scientist, physician and extremely prolific author on medicine and other topics.

Berta.

267 Cingar eum levat e terris, mox talia parlat,
 268 O formose puer, quaenam desgratia tanta est?
 269 Quaeve loco isto nunc te phantasia butavit?
 270 Cui sic rispostam magno facit ille pianctu,
 271 Est mihi mantoo de sanguine pessima Mater,
 272 Nomine Berta quidem, sed supra nomine Strya.
 273 Ipsa, meum patrem Baldum quia senserat ire
 274 Per mare, per terras, alium scanfarda maritum
 275 Sumpsit, et ex illo peperit tres vacca fiolos.
 276 Me fratremque meum de Baldi semine ductos
 277 Contempsit, propriamque casam nos linqwere fecit.
 278 Mantua nos genuit, sed Brixia clara ducavit,
 279 Inde Bolognesis ambo pervenimus oris.
 280 Florius et Foelix fuerant tunc forte Barones
 281 Prudentes, placidi, gentiles, atque benigni,
 282 Subque suis domibus nos acceperere libenter.
 283 Cingarinus ego dicor, pro Cingere quodam,²³
 284 Quem meus ante alios pater olim semper amabat.
 285 Est mihi germanus, quo non mihi carior alter,
 286 Et Marcellinus (sic patre volente) vocatur.²⁴
 287 Ambo universas mundi lustravimus oras,
 288 Dilectum patrem Baldum casone trovandi.
 289 Post montagnarum scabrosa pericla ratarum,²⁵
 290 Post sassinantum contrastamenta ladrorum,

{T Book 23 p. 231v; Port. 2.173}

291 Post diversa Maris combattimenta furentis,
 292 Post Syrtes, scopulos, post tantos denique casus,
 293 Ad desperatam (velut aiunt) fecimus ambo,
 294 Tartaricas quoniam placuit lustrare masones,
 295 Mancum extimantes vitam quam quinque lupinos.
 296 Ast ubi nos fortuna locum deduxit ad istum,
 297 lam iam pro longa medios strachedine mortos,
 298 Affuit ecce Charon praesentis Nauta Riverae,
 299 Qui gerit et curam curvo transferre phasello

²³ Cingarinus. (Cingarino.)

²⁴ Marcellinus. (Marcellino.)

²⁵ Hoc carmen scabrositer legendum est. (This verse is to be read indelicately.)*

300 Damnatas animas, et ademptas morte secunda.
 301 Ergo rogamus eum, si nos trascendere vellet,
 302 Dum tamen id nobis concederet alta voluntas
 303 Ille ribaldonus ne Nautis degeneraret,
 304 Qui dicunt uno flatu sex mille bosias,
 305 Promisit nos velle quidem passare delaium,
 306 Sed pariter non vult, dicens quod transiet unus
 307 Post alium fietque duplex vogatio nostra.
 308 Et causam dedit hanc, ne multo Barca repressa
 309 Pondere corporeo strappozzaretur ab undis,
 310 Adduxit post haec quandam cum fraude rasonem,
 311 Quod quantas animas ab Adami tempore mortas,
 312 Seu quas Christus habet, seu mundus sive baratrum,
 313 Plus sustentaret leviter sua Gondola totas,
 314 Quam minimam infantis cum peso corporis aliam.²⁶
 315 Hac igitur ratione meus germanus in illam
 316 Montavit barcam, meque hoc in littore liquit.
 317 Heu quales tumuere meo sub pectore curae,
 318 Post illum quantum poteram mirabar Anhelus,
 319 Ac si non esset mihi regressurus ab Orco,
 320 Nec quod ego timui falsum fuit, ecce Charontis
 321 Per septem giornos nunquam comparsa carina est.
 322 Absque meo mansi dilecto fratre misellus,
 323 Ducitur ad Baratrum, sine quo iam vivere nolo.

Gosa.

324 Cingar id ascoltans exiverat extra seipsum,
 325 Fecerat et veluti faciunt, qui nocte vanezzant.

{T Book 23 p. 232; Port. 2.174}

326 In pueri facie sua lumina fixa tenebat,
 327 Ac dubiosa diu sibi mens stetit ista videndo,
 328 Et Cingarini Corpus phantasma putabat.
 329 Attamen, ut vidit patrem ora imitantia Baldum,
 330 Magnificumque decus frontis, quo torva leaena
 331 Et lupus, et tigres inde molescere possent.
 332 Immaduere statim tenero pia lumina fletu,
 333 Et Cingarini fronti dedit oscula centum.

²⁶ Theologica sottilezza. (Theological subtlety.)

334 Pone, inquit, pavidos animos dulcissime fili,
 335 Non procul esse tuum patrem tibi nuntio Baldum.
 336 Sic dicens dextram levae coniunxit, et illum
 337 Ducens ad patrem diversa interrogat acta.

Mafelina.

338 Interea Baldus minitanti voce Charontem
 339 Clamitat, et iurat cum pugnīs rumpere nasum,
 340 Ni subito ad ripam redeat cymbamque reducat,
 341 Qua tot debebant animae transcendere flumen.
 342 Sed frustra clamat, quia nil Charon improbus audit,
 343 Nam tantae voces horrenda per aerea strident,
 344 Quod non bombardas possent audire sparantes,²⁷
 345 Non quod clamorem Baldi rigidasque minazzas.
 346 Sunt ibi plangores socios pietate moventes,
 347 Sunt irae voces, fremitus, sunt verba dolorum,
 348 Diversae linguae faciunt per caeca tumultum
 349 Littora, nec lacrymas retinent Lironus et Hyppol.²⁸
 350 Sunt animae tantae iam ripam desuper illam,
 351 Quas Charon in gonda debet transferre bicorni,
 352 Quod Baldi caricant humeros, comitumque suorum.
 353 Ignorant illae plantas qua in parte reponant,
 354 Unde super spallas ipsorum stando repossant.

Pedrala.

355 Ex animis plenas Fracassus habebat orecchias.
 356 Est quoque saepe suum nasum sofiare coactas,
 357 Exanimis quoniam nares implentur et ipsae.
 358 Quapropter pleni stoppo sboramine nasi,
 359 Stranudat, buttatque foras stranudibus almas.

{T Book 23 p. 232v; Port. 1.175}

360 Sed post stranudum redeunt, nasumque subintrant.
 361 Impatiens tamen ille caput scossare frequentat,
 362 Post scossamentum plus importune retornant,

²⁷ Sparantes, spagnoliter errupentes latine. (Firing off is Spanish, errupting is Latin.)*

²⁸ Lironus et Hippol germani flebant peccata sua facta in latrociniis. (Lirone and Hippol were crying for their sins in piracy.)

Comparatio.

363 Et cunctis examen, apum sua testa videtur,
 364 Murmure quae leni stippantur circa foramen.
 365 Vel potius Fracassus erat velut annosus bos,
 366 Cuius sbercigeros oculos plenosve povina,
 367 Rodere contendunt moscones atque tavani,²⁹
 368 Quos ut discazzet, saepissime scossat orechias
 369 Sed quo plus scorlat, redeunt plus morsibus illi.

Berta.

370 Iam Cingarinum Cingar deduxerat illuc,
 371 Quem presentavit Baldo sic ore loquutus.
 372 Nosce pater natum, proprii quoque sanguinis ortum.
 373 Hanc tua, Balde, rosam radix eduxit opimam,
 374 Protulit hoc nobis tua vivida planta garoflum,
 375 Protulit hunc radium tua lux diffusa per orbem.
 376 Carpe tui fructum iam seminis, haec tua proles,
 377 Hic Cingarinus, quem parvum liquimus orbi.

Gosa.

378 Baldus matura suspexit fronte puellum,
 379 Visceribus motis dudum stetit extra seipsum,
 380 Denique nil dubitans illum lachrimosus abrazzat,
 381 Et Marcellino post haec de fratre dimandat.
 382 Cingarinus ei de Bertae crimine narrat,
 383 Mox de Germano tulerat quem barca Charontis.
 384 Baldus de Berta laeto subrisit ocello,
 385 Tum dixit, verax non foemina Berta fuisset,
 386 Nam verax nulla est nisi scornat donna maritum.³⁰
 387 Sed tamen, ut male stat cum fango gemma bovino

²⁹ Carpitur hic poeta posuisse tavanos et moschones divisim cum idem sint, respondeo quod non, quia teste Alchedemach de orto Hesperidum, Muscones sum minores tavanos, et habitant in Lombardiae partes. (Here the poet is scolded for having put deer flies and horse flies separately when they are identical, but I answer that [they are] not, because according to Alchedemach on the garden of Hesperus, horseflies are smaller than deer flies, and they live in the regions of Lombardy.)

³⁰ [Manus.] Notandum. ([Pointing finger.] To be noted.)

388 Sic contadina male stat cum coniuge Barro.
 389 Coecus amor cogit, coecum quoque reddit amantem.
 390 Atque voluptati propriae mage tendit amator
 391 Quam decori patriae, vel honori sanguinis alti.³¹
 392 Sic ego villano me pensans cespite natum,

{T Book 23 p. 233; Port. 2.176}

393 Bertae lascivos oculos ignarus amabam,
 394 Credideramque mihi bellum acquistasse guadagnum,
 395 Quod me villanae potuissem iungere pulchrae,
 396 Et quod erat primis Cipadae nata casadis,
 397 Et quod erat multis patri richiesta maritis.
 398 Ast ubi progeniem nostram reperique parentem,
 399 Gaudeo nempe novum Bertam sumpsisse maritum,
 400 Et mea gaudebit nunc formosissima Crispis.
 401 Quam tu Cingar habes qualem mihi portet amorem.

Summa laus Crispidis.

402 Hanc natura mihi pro coniuge quippe dicandam
 403 Fecerat, et quoniam inter gentes vilis habebam,
 404 Difficile o quantum nympham sposare putavi.
 405 Crispis ab aethereo speciem moresque decore
 406 Traxit, et angelicas imitatur fronte figuras.
 407 Conata est natura diu si quando creare
 408 Posset opus, radiis aequandum forte supernis.
 409 Hanc igitur studio formavit Crispida toto,
 410 Impetrando aliquid superis quo pulchrior esset.
 411 Illa tulit Phoebi nascens in vertice crines,
 412 Pallados effigiem nunc laetam nuncve severam,
 413 Inde per astrigerum fluxit natura meatum,
 414 Splendidiora tulit de quo duo sidera, quae mox
 415 Crispidis ad frontem posuit, tum caetera membra
 416 Pulchra figuravit dextris labentibus astris.
 417 Post tam formosam formam, decus atque decorum,
 418 Iunxit honestatem, castique ligamen amoris,
 419 Haelena cui cessit vultu, Lucretia sensu.³²
 420 Crispis honesta sui fuit anxia semper honoris.

³¹ De amore. (On love.)

³² Helena pulchra. Lucrezia formosa. (Helen beautiful. Lucretia shapely.)*

421 Crispis castarum mulierum limpidus est fons.
 422 Crispis virgineas per turmas candidus est flos.
 423 Crispis nympharum pulchrarum nobilis est lux.
 424 Crispis stelligeros trans ignes flammiger est sol.
 425 Crispis trans sobolem sacrarum certior est spes.
 426 Crispis discordes in mentes utilis est pax.
 427 Crispis virgineos ad flores coelicus est ros.

{T Book 23 p. 233v; Port. 2.177}

428 Crispis corporeae pugnae iam maximus est Rex.
 429 Crispis luctisonis animis dum condolet, est mel.
 430 Crispis pravorum dum culpas exprobat, est fel.
 431 Crispis amicitiae nostrae firmissimus est Mons.
 432 Crispis diversis, quos temnit, amantibus est Mors,
 433 Crispis tota (mei memor est dum pignoris) est mens.
 434 Denique Crispis erit semper celeberrima seclis,
 435 Cuius amorosum (ne sit via longior) ignem
 436 Sed venit ecce Charon, iam trapassabimus amnem.
 437 Cum mihi tempus erit, vobis de Crispido dicam.³³

Conclusio.

438 Sic ego Macaronicum penitus volo linquere Carmen,
 439 Cum mihi tempus erit, quod erit, si celsa voluntas
 440 Flectitur et nostris lacrymis, et supplice voto,
 441 He heu quod volui misero mihi, floribus austrum
 442 Perditus, et liquidis immisi fontibus apros.

Explicit Vigesimaltertia Phantasiarum Macaronice.

³³ Impeditur adventu Charontis Baldi sermo. (Baldo's speech is hindered by the arrival of Charon.)

Book 24

Magistri Acquarii Argumetnum in
vigesimaquartam Phantasiarum macaronicen.

- 1 Non Charon in Barca vult transvarcare barones,
2 Ex Animis tantum passat onusta Ratis.
3 Fracassus saltum de ripa spiccat ad altram,
4 Nautam ceu lapidem nigra per astra iacit.
5 Mox Marcellinum inveniunt, furiamque Megeram,
6 Pro inter fratres pugna cohorta fuit.
7 Baldus eam incalzat, quam perdens introit antrum,
8 Quo domus et Gentes Ambitionis erant.

Merlini Cocaii Poetae mantuani
Macaronices vigesimaquarta.

- 1 Cra cra, tif, trafnot, sgneflet, canatauta, riogna,¹
2 Ecce venit gridando Charon, stridetque menazzis,

{T Book 23 p. 234; Port. 2.178}

- 3 Canutamque suos barbam mentozzus habebat,
4 Quae distensa tegit folto pilamine Bigol.
5 Non habet in testa solettum quippe capillum,
6 Ac si vellet ea rasa, penitusque pelata
7 Se defendentem raspis, occidere gattam.²
8 Strazzolenta suas carnes pellada covertat,
9 Supraque naviculae spondam pede stabat utroque,
10 Velleque parebat semper cascare deorsum,

Comparatio.

- 11 Sicut vidistis Venetam vogare per Urbem,
12 Stant super ordellum barchae casumque minantur,
13 Per strictos tamen ista volat Gembetta* canales,

¹ Hoc primum carmen nec grecum nec hebreum sed diabolicum est. (This first verse is not Greek, nor Hebrew, but diabolical.)

² Ludus gattae quam si quis vel capite vel etcetera interficit, cavallerius Gattae appellatur. (A game of cats, that if anyone kills with his head or etc., he is called a cavalier of the cat.)*

14 Et cifulando gridant, barchae, trant postea cancar.³
 15 Baldus sbefabat bravigantia verba Charontis,
 16 Et vult intrando navem non esse secundas.
 17 Sed vix in pavido fuit ancora ficca terreno,*
 18 Implernnt animae curvam duo mille phasellum,
 19 Inde Charon viso Baldo, sociisque gridavit,
 20 Partibus in nostris quae sors vos adviat? ola,
 21 Ola, quid dico? si vultis scandere navem,
 22 Ponite corporeum velum, vitaeque ligamen
 23 Solvite, mox almae barcam montate legerae,
 24 Non altramentum volo vos passare delaium.
 25 Baldus ait, taceas, taceas, scornute diavol,
 26 Ad caput inchinum nisi vis tommare deorsum.
 27 Nonne hic Aeneas passavit corpore vivo?
 28 Nonne hic Meschinus Guerrinus? Tantalus atque?
 29 Et mihi cum sociis non vis concedere Varcum?
 30 Cui dico? me cernis adhuc? accede davantum.
 31 Non Charon ascoltat, burchiellam prestiter urtat,
 32 Pondere quam pressam medium discostat in amnem,
 33 Et castronatus restat sic Baldus ab illo.
 34 O, puta, si rodit cum dentibus ipse catenam,
 35 Sed vindicandi nulla est concessa facultas.

Prodezza Fracassi.

36 Non pensare susum dinam stetit ipse Fracassus,⁴

{T Book 23 p. 234v; Port. 2.180}

{T Book 23 p. 235; Port. 2.180}

37 En tres arcatas discorsam longe piavit,
 38 Inde movens cursum ripam saltavit ad altram,
 39 Et largum centum brazzos transcendidit amnem.
 40 Omnes terribilem saltum stupuere barones.
 41 Baldus ei mandat cerebrum spezzare Charonti

³ Barch[a]e, est vox barcaroli veneti, cum discansare se volunt. (“Boat[s]!” is a call of Venetian gondoliers/pilots when they want to avoid each other.)*

⁴ Ipse, subaudi superbissimus. Dinam Bergamaschi dicunt fatis. (This one, understand very haughty. The Bergamasques say *dinam* for fate.) Note: not clear the emphasis on ipse.*

42 Inde provet barcam, si forte reducere posset,
 43 iam Charon attingit ripam, iam exire comandat,
 44 Ac sfortunatas cum remo percutit umbras.
 45 Illae praecipites manibus sbatendo labascunt,
 46 De prora fugiuntque senis batimenta Charontis,
 47 Mox flentes ullo celerascunt absque riposso.
 48 Fracassus quattus quattus post terga Charontis⁵
 49 It furtim, passuque levi, calcagnat arenam,
 50 Quem cito per cornu turba ridente piavit.
 51 Et volvens illum leviter tellure levatum
 52 Fert circum testam, veluti si saxa tiraret
 53 Cum Cazafrusto, sparaverum sive vocaret.
 54 Torquet robusto tenebrosa per aera brazo,
 55 Ille volat nigras tanquam cornacchia per auras,
 56 Et nisi dextra dei festina dedisset aiuttum,
 57 Qui tam res baratri quam coeli rite gubernat,
 58 Ille fracassasset sibi collum totaque membra.⁶
 59 Sed per venturam cascans per inania mundi
 60 Adiutus levitate fuit, sospesque remansit,
 61 Interea magnus vult parvum intrare phasellum
 62 Fracassus propter curam exercere Charontis,
 63 Sed pede vix posito navis submergitur unda,
 64 Namque pulex veluti posset portare camellum,⁷
 65 Parvula sic navis potuisset ferre Fracassum.
 66 Ipse retro vasit raptim, plantasque retraxit.
 67 Mox alium reperire modum subimagnat, ecce
 68 Repperit, ac artem fantasticatio duxit,
 69 Nam tergum barchae tali cum calce ferivit,
 70 Quod quasi tuffatur, ripam tamen ivit ad altram
 71 Cingar eam tenuit, curvumque ad litus apoggiat
 72 Scandit, et accepto remo gridat, ola, sodales,

{T Book 24 p. 235v; Port. 2.181}

{T Book 24 p. 236; Port. 2.181}

73 Intretis, quoniam varcabimus absque Charente.

⁵ Quattus oculatus ac si vellet carpere quaium. (Stealthily, hidden as though he wanted to catch quail.)

⁶ Theologicus passus. (Theological passage.)*

⁷ Comparatio. (Comparison.)

74 Conscendunt ergo partim, partimque morantur,
 75 Namque magis tutum est voltis passare duabus.
 76 Cingar eos guidat multo quoque remigat ausu,
 77 Et scindens undas puzzantes sulphure passat.

Motezatio comitum.

78 Baldus ridebat dicens, mirate, sodales
 79 Quam bene ad officium nautae se Cingar adaptat,
 80 Certe nec forma nec discrepat arte Charonti.
 81 Cernite terribiles oculos, macramque figuram,
 82 Quisnam illum guardans non dixerit esse diablum?
 83 Phinosomia docet quod sit cornachia vetusta,⁸
 84 Quae campanillos super altos semper alozzat,
 85 Et pluviosa gridat cum rauco nubila, qua qua.⁹
 86 Tum Boccalus ait, non sic, o Balde, loquaris,
 87 Verum si numos velles mandare Venecis,¹⁰
 88 Quam foret impresam Cingar meus aptus ad istam.
 89 Cingar respondet, nec tu, Boccale, biolchi
 90 Officium cazzando boves conducere scires.
 91 Namque volunteram lardum carnemque salatam¹¹
 92 Dum comedis, nunquam mollires fusta rotarum
 93 Et tua cantaret semper non uncta caretta.
 94 Sed tamen ut merear pietatem celsi Tonantis,
 95 Si contentatis, nec sit cui forte molestum,¹²
 96 Hic ego restabo, nec non Charon alter habebor,
 97 Nolo equidem, Falchettus ait, quod, Cingar, ad istud
 98 Officium maneat, nisi me quoque stare licebit.
 99 Baldus ait, nec tu, nec Cingar retro manebit.
 100 Tangite iam littus, tu Fracasse, accipe cordam
 101 Vade prius, Boccale, sed heus, Bocale, fiascum¹³
 102 Liquisti retro, panem carnemque salatam.
 103 Illico Boccalus pallenti fronte retornat,

⁸ Note: Phinosomia, Macaronic for phisionomy.

⁹ Qua qua, voc cornachiae Cra cra vox corvi. (Caw caw, the crow's voice; craw craw, the raven's.)

¹⁰ Venecis, pro duc mediam. (Venice, prolong the middle [syllable].)*

¹¹ Sic ait Cingar, nam superius Boccalus roabarat mezenum Merlino. (Cingar says this, for above Boccalus had stolen half a ham from Merlin.)

¹² Cui intellige Falchetto. (For whom understand Falchetto.)

¹³ Facetia Boccali. (Boccalo's wit.)

104 Namque hominum vitam pensat nihil esse beatam
 105 Quando caminantes renuunt portare botazzum.
 106 Ridentes omnes barcam exivere Barones,
 107 Campagnamque super largam properare comenzant.

{T Book 24 p. 236v; Port. 2.182}

Berta.

108 Ecce procul iuvenem, lacrimosa voce, gridantem
 109 Currentemque vident, ac dantem brachia Coelo,
 110 Quem mala vecchia, sequens stimulis, incalzat ubique,

Comparatio.

111 Non aliter si bella truci picigata tavano
 112 Manzoletta boat, curritque smaritia per agros,¹⁴
 113 Sic puer insanit, nunc huc, nunc cursitat illuc,
 114 Quem fera vecchia citat.
 115 Cuius corpoream formam sic esse probarunt.

Forma furiae Infernalis.

116 In primis habet illa suis pro crinibus angues,
 117 Supra cervicem cofilant duo mille cerastae.
 118 Rodunt Sinderesim subtruso dente malorum.¹⁵
 119 Stat circa collum magnus draco more colanae,
 120 Atque venenatos iactat manus utraque vermes,
 121 In costis pueri, quos ficcos semper habebat.
 122 Ah, Cingrinus ait, nostro succurrite fratri,¹⁶
 123 Balde pater, cur non nati pietate moveris?
 124 Est Marcellinus, quem pessima vecchia molestat.
 125 Oyme miser, cernis quantum male concitet illum?
 126 Intumuere statim Baldi praecordia patris.
 127 Et post Eumenidem se cursu laxat equino.
 128 Ah, mala vecchia, gridat, sta, sta, iuvenemque relinquant.
 129 Sollicitat gressum vetulae post terga volantis.

¹⁴ Manzoletta, iuvenula. (A little heiffer, a female calf.)*

¹⁵ Sinderisis. (/synderesis.) Note: meaning here not clear; sinderesis means understanding the principles of moral law; cf. p. 208v:...pectus acerbat/ sinderesis.*

¹⁶ Cingrinus pro Cingarinus sincopa. (Cingrinus is a syncopation of Cingarinus.)

130 Illa videns Baldum cessat seguitare puellum,
 131 Sed maladetta ruens se scagliat intra barones,
 132 Ac ibi vipereos coepit laniare capillos.
 133 Proh scelus, incipiunt se scorozzare sodales,
 134 Terribilesque sibi stessis, donare pugnadas.
 135 Cingar Falchetto dedit unum fortiter urtum,¹⁷
 136 Quem iacit ad terram medium sotossora balordum,
 137 Falchettus rubuit facie, mazzamque piavit,
 138 Factus et in colera duram cum Cingare guerram
 139 Incipit, et iurat spintam non parcere toltam.
 140 Armipotens Hyppol rixat cum fratre Lirone,¹⁸

{T Book 24 p. 237; Port. 2.183}

141 Iamque rebruscabant se stessos absque riguardo.
 142 En Cingarinum vivax Hircanus asaltat,¹⁹
 143 Inter eos etenim non piccola guerra comenzat.
 144 Fracassus dirum bacchiocum menat abassum,
 145 Ut smagazzaret Centaurum more boazzae,²⁰
 146 At Centaurus, equus medius abalanzat ubique,
 147 Et iaculaos dardos rendit pro pane fugazzam.²¹

Facetia Boccali.

148 Sed quia Boccalus contrastum non habet ullum,
 149 Incoepit solidos sibi stesso tradere goffos,
 150 Unguibus et propriis testae squarzare peluccam
 151 Non tamen ipsius fuerat dementia tanta,
 152 Quin prius in quodam tegeret cantone botazzum.

Pedrala.

153 Baldus id aspiciens frontem rapat, oraque stringit,
 154 Ut stupidi faciunt, post haec spartire baruffam
 155 Se parat, atque gridat, quali cum voce gridamus
 156 Cum cortellantes volumus discernere sbriccos,

¹⁷ Cingar cum Falchetto rixatur. (Cingar brawls with Falchetto.)

¹⁸ Hippol cum fratre Lirone. (Hippol [brawls] with Lirone.)

¹⁹ Hircanus cum Cingarino. (Hircane [fights] with Cingarino.)

²⁰ Fracassus cum Centauro. (Fracassus [fights] with the Centaur.)

²¹ Proverbium. (Saying.)

157 State retro, clamat Baldus, restate, sodales.
 158 Non atrigare valet saevum tamen ille bagordum.
 159 Nam sibi dilacerant sbergos, cossaglia, maias,
 160 Spallazzos, faldas, ac si foiada fuissent.
 161 Cingar Falchettum rabidos male tractat amicum,
 162 Qui modo sestessum potius scanare tulisset,
 163 Quam torquere pilum Falchetti.
 164 Non parcit fratri Lirono fervidus Hyppol,
 165 Nec Lironus eum lassat repiare fiatum.
 166 Sunt ambo nati genitricis ventre medemo,
 167 Id tamen ut matti smemorant, pacemque refudant.
 168 Hircanus pugnat, Cingarinusque repugnat,
 169 Et mutuo straniis cum bastonatibus obstant.
 170 Fracassus mugit Centaurum contra gaiardum,
 171 Et bachiocatas sticiosus laxat acerbas,
 172 Quas nisi cum saltis crebris hic inde schivaret,
 173 Saepe fracassatis cecidisset littore membris.
 174 Boccalus spennata quidem iam Chiozza parebat,

{T Book 24 p. 237v; Port. 2.185}

{T Book 24 p. 238; Port. 2.185}

175 Nam sua cum propriis griffis caviata pelatur.

Gosa.

176 Caedite, clamabat Baldus, iam caedite, fratres,
 177 Dicite cagionem, quae vos discordia burlat.
 178 Ne ferias, Cingar, mazzam, Falchette, reponas,
 179 Nexus amicitiae sic vester frangitur ergo?
 180 Cur, Hircane, meum conaris sternere natum?
 181 Sta retro, ne fac, et spadas claudite fodris.
 182 Quid, Fracasse, furis? guarda, Vinmazze, bataium.
 183 Hinc abeas, Lirone, precor, feris, Hippole, fratrem,
 184 State retro cuncti, brandosque ficate guainis.

Comina.

185 Talia sed frustra dum parlat, corripit ensem,
 186 Cum piatonadis cercans spartire bataiam.
 187 Saepe minazzat eis nisi se pistare rafinant,

188 Menabit spadam de taio senza riguardo.
 189 Quisquis erat nimio factus iam stancus afanno,
 190 Nil tamen ascoltant Baldum, nunc dulce rogantem,
 191 Nunc blasphemantem, nunc rauca voce minantem.
 192 Falchettus mazzam pugnīs iam strinxerat ambis,²²
 193 Et sine respectu colpivit Cingaris elmum,
 194 Quamvis non illum talis percossa sigillat.
 195 Intorum intorum tamen ivit terque quaterque.
 196 Sed mage stizzatus furiam non sparat amico,
 197 Ecce super collum Falchetti sibilat ensis,
 198 Quem nisi caesareus tutasset alhora bautus,²³
 199 Cascasset subito sine testa mortuus illic,
 200 Falchetti colpos sed mazza redoppiat aspros,
 201 Percussit cerebrum quae Cingaris ultra misuram.
 202 Non sgomentatur tamen isto Cingar adornus
 203 Verbere, sed curat pocum securus in armis,
 204 Immo magis factus bruscus venit erga sodalem.
 205 Nunc hos, nunc illos Baldus remove studebat,
 206 Sed nihil omnino prodest, frustra que praecatur.
 207 Hippol fraternum penitus non guardat amorem,
 208 Trare ramazzones, fidentes atque roversos,

{T Book 24 p. 238; Port. 2.186}

209 Lironus quamvis pro fratris robore sudet,
 210 Non tamen ardirum perdit cordisve prodezzam.
 211 Inter eos ullus iam non vantazzus habetur.
 212 Floridus Hircanum nil Cingarinus avanzat,
 213 Sit licet e Baldi generoso scemate natus.
 214 Cordibus in binis aequus valor extat eorum,
 215 Quod non apparet quis fortius arma gubernet
 216 Fracassus rabido Centaurum dente bachioccat,
 217 Centaurus fractis dardis domat ense Fracassum.
 218 Ergo diu Baldus, cernens non posse barones
 219 Dispartire suos, guisaque trigare niuna,
 220 Post vetulam coepit cursa properare Megaeram,
 221 Quae fugiens stridet, nigrasque gridoribus auras
 222 Spezzat, et interdum Baldo conversa menazzat,
 223 Mox grignat dentes, et acerbos pandit hiatus.

²² Ambis et ambobus. (Both, each of two.)

²³ Bautus genus elmi. (*Bautus* is a kind of helmet.)*

Comparatio.

224 Si vidis tanquam rabiosam currere cagnam,
 225 Quae, dum incalzatur bastonibus atque gridore,
 226 Fert inter gambas codam, testamque revoltans,
 227 Candentes ringit dentes, bau bauque frequentat,²⁴
 228 Sic mala vecchia facit, Baldo seguitante gaiardo.²⁵
 229 Marcellinus erat zuffatus contra Bocalum,²⁶
 230 Calcibus et pugnīs smaccabant ossa vicissim.
 231 Nemo parlat ibi, sed victor quisque bagordi
 232 Illius esse putat, sperans quoque praemia pugnae.

Berta.

233 Baldus velocem studet agraffare Megaeram,
 234 Nec valet ad nullam guisam, per inania transit
 235 Littora, tum nimium telis, tum corpore pressus
 236 Spiritus ante fugit, cui se male corpus adaequat.²⁷
 237 Versus montagnae culmen rapit illa caminum,
 238 Quo circumcirca vallis spatiosa seratur,
 239 Istaque flammiferos vomitat montagna vapores,
 240 Sulphureisque facit nasum obturare latrinis.
 241 Vecchia ribalda nihil curans ascendere montem,
 242 Rampegat et capras sic rampegando superstat.²⁸

{T Book 24 p. 238v; Port. 2.187}

{T Book 24 p. 239; Port. 2.187}

243 Insequitur Baldus quo se viat illa, nec aspros
 244 Guardabat steccos, spinas rupesve petrasve,
 245 Destinat illius nunquam lassare pedattas.

²⁴ Bau bau vox canis. (Bow-wow is a dog's call.)

²⁵ Gaiardo veloci. (With vigor, with speed.)*

²⁶ Marcellinus assaltat Bocalum. (Marcellino assaults Boccalo.)

²⁷ [Manus.] Spiritus furiae. Corpus Baldi. ([Pointing finger.] The spirit of fury; the body of Baldus.)

²⁸ Rampegat et rampegat dicitur media silaba comuni. (One says both *rampegat* [long e], she climbs, and *rampegat* [short e] with the middle syllable variable/common.)

246 Dum sic urget eam, desertum callat in unum,
 247 Quod non strada fuit mundo saxosior unquam,
 248 Nunc guidat ad bassum, nunc coelum scandere paret,
 249 Cuius plena nigro puzzant confinia fango,
 250 Qui supportantem vix Baldum fangus amorbat.
 251 Non illam curat, clauso sed lumine drentum
 252 Saltat, et in putrida se totum faece volutat.
 253 Nunquam porcellus fango formosior exit,²⁹
 254 Ut tunc exivit Baldus non absque fadiga.
 255 Ista fadiga sed est animosis grata guereris.

Pedrala.

256 Interea post terga cito pluviosa procella
 257 Nascitur, et mixta cum grandine cuncta fracassat.
 258 Fulgorat in circum spissis caligo tenebris,
 259 Turbineosque movet nunc hinc, nunc inde, balenos.
 260 Foetentesque vomit cum tempestate pioggia.
 261 Tantis cum poenis Baldus, tantoque labore
 262 Advolat, et nolens passu torquetur in omni,
 263 Quem dum praecedit currit, volat immo Megaera,
 264 Atque colubrinos sibi squarciat ungue capillos.
 265 Scendit ad umbrosum vallonem denique, linquens
 266 Montagnae culmen, quo nox magis atra nigrescit.
 267 Per tenebras talem dat Baldi gemma lusorem,
 268 Qualem de cornu coeca sub nocte lanterna.
 269 Nullam quippe facit de adverso tempore stimam
 270 Baldus qui penitus pravam vult prendere Vecchiam.
 271 Non procul in medio vallone casazza locatur,
 272 Semiruinosi circumcircata murais.
 273 Pallentes ibi sunt boschi, sylvaeque tacentes,
 274 Inter quas subito vanescit perfida vecchia.
 275 Lassat et in petolas Baldum non ultra sequentem.³⁰
 276 Qui tunc non aliter gressum firmavit et aures,

Comparatio.

²⁹ Formosior, per contrarium figuratice. (More handsomely, figurative for the opposite.).

